ticãti ¶ Sz replicať cõtra illud qõ dc̃m eſt ſi totũ ſubiectũ vel mediũ diſ3
tribuiť tũc eſt falſa/ Arguiť ſua ꝺictozia eſt falſa/ḡ ipa eſt vera Nñs ꝓbať
qz ꝺictozia eius ẽ/aliq̃ ꝓpõ ſi eſt nc̃cia nõ eſt vera/q̃ eſt manifeſte falſa Di
co q ipa eſt vera/qz valet iſtã/aliq̃d exñs ꝓpõ ſi eſt nc̃cia/nõ eſt verũ qõ ẽ ve
rũ Nã hõ eſt azin9/nõ eſt verũ/et tñ eſt ꝓpõ ſi eſt nc̃cia ¶ Itẽ arguiť oẽ aiál

si est rudibile ẽ azin⁹/ōnis hō est aiāl si est rudibilis/g̃ ōnis hō ẽ azinus/jtẽ ōnis hō si ẽ doctus ẽ sapiens/ōnis fatuus est hō si ẽ doct⁹/g̃ ōnis fatuus ẽ sapiens/ jsta et similia soluuīt eodẽ mō sicut p̄dictus syllo⁹ Et post distinctionẽ fcām si arguaī q̄ si totū subiectū distribuaī ipa ẽ vera q̄z suū p̄dictoriū ẽ falsum.s.aliq̄ aiāl si est rudibile nō ẽ azin⁹ Dico q̄ illud ẽ verū/p3 q̄z hō est aliq̄ aiāl si est rudibile/et nō e azin⁹ ¶ Si adhuc arguaī nō seq̄t Omis ccīcia diuina est p̄r/ōnis fili⁹ in diuinis ẽ ccīcia diuina/g̃ ōnis filius in diuinis ẽ p̄r ¶ Dico vno° q̄ ibi ẽ fallacia figure dc̄ois/nā sub nḡn o distributiuo sūbe sūbsumīt ti⁹ alterius p̃nti.s.filius Vel 2̄ q̄ nō bene arguīt q̄z medīū non distribuīt in maiori p̄ minore extremitate subsumpta

Arguitur primo ꝓ textū ꝓtra p̄mū modū sic Arguēdo in barbara fit mutatio suppōnis/g̃ ꝓña in ipo nō v3/ꝓña p̄bat q̄z mutatio suppōis causat fallaciā figure dc̄ois Añs p̄bat q̄z mutat suppō psonalis in suppoem simplicē ex pte medij q̄d in maiore suppo^t psonal'r distributi ue/z in minori stat simpl'r ¶ Dico ad p̄bationē p̃ñc/q̄ nō ōnis mutatio sup pōis cāt fallaciā figure dc̄ois/ſ3 mutatio suppōis simplicis in psonalē/vt hō ẽ spēs/g̃ aliq̄s hō ẽ spēs/vel etiā cꝫio/vt null⁹ hō est spēs/g̃ hō nō ẽ spēs Etiā mutatio suppōis ꝓfuse in dcī minatā respcū eiusdē multitudinis/vt ōnis hō ẽ aliq̄d aiāl/g̃ aliq̄d aiāl ẽ ōnis hō in ōnib3 dictis ẽ fallacia S3 mutatio suppōis psonalis ꝓfuse distributiue in psonalē ꝓfusam tm̄/nō cāt fallaciā figure dc̄ois Et tal' mutatio suppōis fit in barbara/nā medīū in maiore stat ꝓfuse distributiue ꝓ oīb3 suppositis copulatiue/et idē medīū stat in minore suppo^t ꝓfuse tm̄ ꝓ oīb3 eisdē sup^tis disiūctim ¶ Replicaī p̄tū vl'is affirmatiē supponit tm̄² vt dicit pe.hiſ.in tractatu suppōnū/g̃ solutio dicta est falsa/et p ꝓ̄ns stat p̄mū ar^m q̄ ibi ẽ fallacia figure dc̄ois ¶ Dico q̄ p^m pe.hiſ.sunt grad⁹ suppōnis simplicis/z sunt multi e⁹ modi q̄ coincidūt cū suppōe ꝓfusa tm̄/vt ẽ suppō simp^r in p̄to vl'is affirmatiue/et ad illā arguēdo a suppōne psonali nō est aliq̄ fallacia. S3 ẽ vn⁹ mod⁹ suppōis simplex:quo sūbiectū supponit simpl'r respcū p̄ti scde intētionis/vt hō ẽ spēs/aiāl ẽ ge⁹/z arguēdo a suppōe psonali ad talē suppōez simplicē/fit fallacia figure dc̄ois/vt null⁹ hō ẽ spēs/g̃ hō nō ẽ spēs sicut dcm̄ ẽ

Arguitur secūdo nō seq̄t oē risibile vel rudibile ẽ azin⁹/ōnis hō ẽ risibilis vel rudibil'/g̃ ōis hō ẽ azin⁹/p̄missę sunt vere z ꝓclusio falsa/g̃ in barbara ñ v3 ꝓña ¶ Dico q̄ maior ẽ distinguēda Aut cm̄ ẽ vna ypo^cā disiūctiua et sic ipa ẽ v̄a/q̄z v3 istā oē risibile ẽ azin⁹/vel oē rudibile ẽ azin⁹/ſ3 sic nō v3 syllo⁹/q̄z ex ypotheticis nichil seq̄t syllo^cc q̄z ceīt plures ẽ mini q̄ tres/z plures p̄pōes q̄ duc Aut maior ẽ vna cathe^cā de disiūcto sūbto et ħ dupl'r Aut totū illud disiūctū distribuīt z sic maior ẽ falsa/q̄z v3 istū oē q̄d ẽ risibile vl'rudibile ẽ azin⁹/q̄d ẽ flm̄/q̄z sortes ẽ risibilis vel rudibilis/z tm̄ nō ẽ azin⁹/et ita 2° etiā ẽ flā et bn̄ seq̄t S3 si ps disiūcti distribuaī.s.risibile tūc a°z ẽ v̄a:q̄z tūc v3 istā oē risibile ẽ q̄d vel rudibile ẽ azin⁹ ¶ Replicaī etiā capiendo maiorē vt ps disiūcti distribuaī tunc ipa ẽ v̄a et adhuc ꝓclō est flā/g̃ illa solutio nō soluit argu^m ¶ Dico q̄ tūc male ꝓcludīt Illā q̃n totū sūbtū ñ distribuīt tūc aut syllo⁹ nō v3/aut illa ps q̄ nō distribuīt d3 intrare ꝓclusionẽ cū maiori extremitate/q̄z se tenz in pte cū maiori extremitate Et tūcd3 sic ꝓcludi/g̃ ōnis hō ẽ q̄ vel rudibil'ẽ azin⁹/et sic ꝓclō est v̄a sicut p̄missę.

Arguitur tercio ¶ Cōtra 2m modū ꝑme figure ¶ Nō seq̄ in celarent/nul lū aiāl dū dormit vigilat/ōnis hō est aiāl dū dormit/ ḡnull9 hō vigilat ꝑmisse sunt vere/et ꝯclusio falsa/ḡ in celarent nō valet ꝯña ¶ Dico q maioz ē distinguēda/aut cm̄ est vna ypoca tpalis tūc ipa est vera qz vz istā/nullū aiāl vigilat dū oē aiāl dormit/ꝛ sic nō valet syllo9 qz ex ypocia nō fit syllo9 simplr ¶ Aut maioz ē vna cathec de tpali subiecto tūc ē falsa/qz valz istā/nullū exñs aiāl dū dormit vigilat/ꝛ sicut ꝯclusio est falsa/jta ꝛ maioz ¶ Replicaꝫ vt maioz ē vna cathec de tpali subiecto ipa ē vera/qđ ꝓbaꝫ qz sua ꝯdictozia ē falsa/ḡ ipa ē vera ¶ñs ꝓbaꝫ qz ista ē sua ꝯdictozia/aliqđ aiāl dum dormit vigilat q̄ est falsa ¶ Dico q ista aliqđ aiāl dū dormit vigilat ē multi plex ¶ Aut cm̄ totū illud aiāl dū dormit/ꝓticularizaꝫ ꝑ aliqđ/tūc est vera/ꝑz qz sicut maioz valet istā/nullū exñs aiāl dū dormit vigilat/et ē falsa/jta sua ꝯdic tozia scz aliqđ aiāl dū dormit vigilat vz istā/aliqđ exñs aiāl dū dormit/vigilat q̄ est vera ¶ Si añt capiaꝫ vt solū aiāl ꝓticularizeꝫ ꝑ aliqđ/tūc bñ est falsa/ꝛ tūc sua ꝯdictozia erit vera/qz sic totū subiectū nō distribueret in maioze/nec tunc valeret syllo9 ¶ Si arguaꝫ hic nō est talis sensus duplex/nulla placca vz flozenū/ōnis ducat9 vz placcā/ḡ nullus ducat9 vz flozenū/et tm̄ adhuc nō valz ꝯña in celarēt ¶ Dico q plus est p̄tū minozis q̄ ſbtū distributionis maiozis et sic sunt ibi vtualiter q̄tuoz tmini/ꝫ ꝑz nā maioz vz istā/nulla placca ē valēs flozenū/et minoz vz istā/ōnis ducat9 est valēs placcā Ecce ibi valens placcā ē p̄tū minozis/et tm̄ placca solū erat ſbiectū maiozis ¶ Si dicaꝫ fac igit̄ ex illis tminis bonū syllozismū ¶ Dico nulla placca ē valens flozenū/ōnis ducat9 ē placca/ḡ null9 ducatus ē valens flozenū/tūc sicut ꝯclusio ē flā/jta et minoz

Arguitur quarto nō seq̄tur nullū affirmatiuū est negatiuū/ōnis ꝓpō est affirmatiua/ḡ nulla ꝓpō est negatiua/ibi ꝑmisse sunt possibiles/et sibiinuicē ꝯpossibiles/ꝛ tm̄ ꝯclusio est nō potens cē vera/ꝑp ter reflexionē quā hz supza sciꝑaz ¶ Dz ꝑmisse sunt ꝯpossibiles/ꝓbaꝫ qz maioz est nccia/et minoz ē possibilis/jā nccio ꝯpossibile est qđlibet possibile ¶ Di co q licet minoz sit ꝯpossibilis maiozi/vt ꝯpossibile idē fit q fil'possibile/non tm̄ est sibi ꝯpossibilis capiēdo ꝯpossibile vt idē est/qđ fil'cū alio potens cē vez ¶ Ꝺ sic declaraꝫ qz maioz ē ꝓpō negatiua/qñcumq igit̄ ipa est/tūc aliq ꝓpō negatiua est/et ꝑ exñs minoz puta hec/ōnis ꝓpō est affirmatiua:nō ꝑt fiml'esse vera cū dicta maioze Et ideo stat bñ duas cē ꝓpōes q̄rū vna est ncca/ꝛ altera possibilis/q̄s tm̄ impossibile ē fiml'esse veras Et suppositio q maioz et minoz possent simul esse vere/oporteret ꝯclusionē capi vt non haberet reflectionē sup sciꝑam/et sic ipa posset cē vera ¶ Ꝺt ſi arguaꝫ replicando hic ꝑmisse ſt exp̄sse ꝯpossibiles/ꝛ nō seq̄tur adhuc in celarent sic arguēdo/nulla ꝯclusio est vera/ōnis ꝯclusio de celarēt est ꝯclusio/ḡ nulla ꝯclusio de celarēt est vera/ꝑ misse p̄nt cē vere in casu possibili/ꝛ tm̄ ꝯclusio ē impossibilis qz falsificat sciꝑaz ¶ Dico q ꝑmissis ꝓcessis distinguit̄ ꝯclusio/aut cm̄ ſbtū ꝯclusionis distribuit̄ ꝓ ōnibz alijs ꝯclusionib9 a ſc/et sic p̄t cē vera in casu quo ꝑmisse cent vere/pu ta ſi sole iste cent ꝯclusiones/null9 hō est aiāl/nullus azin9 est ſba/nullus canis est latrabil' Aut ſbtū ꝯclusionis distribuit̄ ꝓ ipa cōclusione cui9 ipa est ſbtū/ꝛ sic est vna insolubilis falsificans sciꝑam/ꝛ est vtualiter ypoca/jā sicut ex ypo

theticis nō fit syllo⁹/ꝺta nec ex cathegoricis ꝑt inferri ypo⁹ ¶ Posset ꝯ argui Nullū dextrū est siniſtrū/cui⁹libet hōis oculus est dexter/g̃ nullius hōis oculꝰ ē siniſter ¶ Dico q̃ arguit a ñ distributo ad distributū/ex pte maiozis extremitatis scz siniſter/qō nō distribuit in maiozi/et tñ distribuit in ꝯclusione ¶ Si dicat ꝯ nō arguit a nō distributo ad distributū Nullū actu viuēs gña bit/ōnis hō est actu viuēs/g̃ nullus hō gñabit/et tñ nō seq̃t in celarent/quia ꝑ miſſe sunt vere/et ꝯclusio falſa ¶ Dico q̃ ibi arguit a nō amplo ad amplū/ negatiue ex pte li hō qō in minozi supp⁹ tñ ꝓ ꝑntibꝫ/sꝫ in ꝯclone ꝯpliat et suppo nit ꝓ ꝑntib⁹ et futuris ¶ Si arguat nō seq̃t in celarent Nullū currens est azin⁹/ōnis hō ꝑter sortē est currens/g̃ null⁹ hō ꝑter sortē est azin⁹/ꝯclusio ē flā qz dicit sortē cē azmū/et tñ ꝑmiſſe in casu sunt ve/igit ¶ Dico q̃ male ꝯcludi tur/qz hec dcō ꝑter/nō excipit sortē in ꝯclusione ab eodē ꝑto ficut in minoze/ nec ē eodē mō distributio i affirmatiua ⁊ negatiua/sꝫ dēt sic ꝯcludi/g̃ null⁹ hō ali⁹ a sorte est azin⁹ Etiā ꝑt dici q̃ minoz et ꝯclusio sunt ꝓpōnes ypo⁹ cq̃a lēter/qz impoſſibile ē intelligere q̃ in eadē ꝓpōe cathe⁹ ꝑtū affirmet de vno ſubiecto/et neget de alio sic fit ꝯ/ōnis hō ꝑter sortē currit/qz sensus est/ōnis hō currit/et sortes nō currit

Dar̃ tercius modus ꝑme figure cōstat ex vniuer sali affirmatiua maiozi:et ꝑticulari affirmatiua mino ri:ꝑticularē affirmatiuā directe cōcludentib⁹

Exemplū

da	omne	aiāl	est	ſbnā
ri	quidā	hō	est	aiāl
i	quidā	hō	est	ſbnā

Ferio quartus modus ꝑme figure cōstat ex vniuer sali negatiua maiozi:et ꝑticulari affirmatiua minozi: ꝑticularē negatiuā concludentib⁹ directe

Exemplū

fe	nullū	aiāl	est	lapis
ri	quidā	hō	est	aiāl
o	quidā	hō	nōē	lapis

De modis impfectis indirecē ꝯcludentib⁹

Baralipton quintus modus ꝯstat ex duab⁹ vniuer salibus affirmatiuis:ꝑticularē affirmatiuā concludē tibus indirecte.

Exemplū
ba — omne aiāl est ſbnā
ra — omnis hō est aiāl
lip — quedā ſbā est homo

Et reducit ad barbara p ꝯuersionē ꝯclusionis p accīs

Celārtes sextus modꝰ cōstat ex vniuersali negatiua maiori: z vniuersali affirmatiua minori: vniuersalē negatiuā concludentibꝰ indirecte

Exemplū
ce — nullū aiāl est lapis
lan — omnis hō est aiāl
tes — nullus lapis est homo

Et reducit ad celarent ꝯclusione cōuersa simpliciter

Dabitis septimus modꝰ cōstat ex vniuersali affirmatiua maiori: et pticulari affirmatiua minori: pticulam affirmatiuā indirecte concludentibꝰ

Exemplū
da — omne aiāl est ſbnā
bi — quidā hō est aiāl
tis — quedā ſbā est homo

Et reducit ad darij cōclusione cōuersa simpliciter

Fapesmo octauus modꝰ cōstat ex vniuersali affirmatiua maiori: et vniuersali negatiua minori: pticulam negatiuā indirecte concludentibꝰ.

Exemplū
fap — omne aiāl est ſbnā
es — nullus lapis est aiāl
mo — quedā ſbnā nōē lapis

Et reducit ad ferio: maiore cōuersa p accidens: et minore ꝯuersa simpliciter: et p transpōem premissarū

Frisesomorū nonus modꝰ cōstat ex pticulari affirmatiua maiori: et vniuersali negatiua minori: pticulam negatiuā indirecte ꝯcludētibꝰ.

Exemplū
fris quidā lapis est ſbnā
ſ nullū aiāl est lapis
om quedā ſbuā nō ē aiāl

Et reducit iste mod⁹ ad ferio: maiore et minore cōuersis ſimpliciter: et p tranſpoſitionē p̄missarū

Primū punctū h⁹ lcōnis ē/ q̄ q̄nq; ſunt modi indircē p̄cludētes/ q̄ dñr imꝑfecti/ vt dcm ē ſup̄/ et iō ſyllōi facti in iſtis ſunt imꝑfecti/ ñ q̄n hēant oiā req̄ſita ad ꝑfectionē ceñcialē ſyllōi/ ſz dñr ipfecti. i. nō cuidētes/ eo q̄ nō clare cuidēter et manifeſte inferāt ſuas p̄clōes/ ſicut 4⁹² p̄mi mōi ꝑfecti ¶ Et iō poſſent coꝛ p̄ncie a ꝓterue rñdētib⁹ negari/ q̄ ꝓpter opus ē/ vt oñdaī coꝛ neceſſitas p̄cludendi/ qō fit q̄ñ ꝑficiūt et reducūt ad mōs ꝑfectos/ Que āt ſunt p̄ncipia reductiua ſcu ꝑfectiua ſyllogiſmoꝛ dcm eſt ſupra q̄ ſunt tria/ ſcz p̄uerſio ꝓpōnū/ tranſpō p̄miſſarū/ et reductio p impoſſibile

Decim punctū q̄ p̄miſſe de iſtis trib⁹ baralipton celārtes dabitis ſē cedē cū p̄miſſis de barbara celarēt darij. Et nō dr̄ nīſi in p̄cluſione/ q̄ hic ē indircā/ jbi ꝙ directa ¶ Et iō ſi ꝓuertaī p accñs qō ſigtur p p/ aut ſumpt̄r/ qō ſigtur p s/ jā erunt hi modi ꝑfecti. i. cuidēter inferent p̄clōes ſuas Sz fapeſmo et friſeſomoꝛ reducūt ad ferio/ etiā p ꝓuerſionē vt ſigtur p p et s/ ſz vltra hoc req̄rīt tranſpō p̄miſſarū/ vt ſigtur p ſrās. m. poſitas in cis/ et nō in alijs ¶ Et ſi petas q̄re ad p̄miſſas de barbara celarent darij et ferio ſequūt p̄cluſiones indircē/ q̄s p̄cludūt iſti q̄nq; modi ¶ Dico q̄ iō qꝛ vt dicit. p. ſcdo poꝛ q̄cūq; p̄miſſe p̄cludūt p̄cluſionē ꝓuertibile/ ecdē p̄miſſe etiā p̄cludūt ꝓuertentē illi⁹ p̄clōis/ mō ſic eſt q̄ p̄clōes iſtoꝛ quinq; modoꝛ ſunt ꝓuertentes cōcluſionū q̄tuoꝛ p̄moꝛ modoꝛ/ igit̄ ſicut ad illas p̄miſſas ſequunt ꝓuerſe dircē ſta t ꝓuertētes indircē ¶ Si arguaī baralipton celātes dabitī hñt caſdē p̄miſſas cū barbara celarēt et darij/ ḡ nō ſunt modi diſtincti/ ꝓña tenz qꝛ mod⁹ nō eſt aliud niſi ordinatio duarū p̄miſſaꝝ in q̄litate et q̄ntitate ¶ Dico licz nō ſint modi diſtincti ceñr/ tñ diſtingūt accñr q̄tū ad modū p̄cludēdi indircē l' dircē

Terciū punctū eſt q̄ duo vltimi modi fapeſmo et friſemoꝛū ſunt modi cōes/ in ōni figura ſuientes/ et ſemp p̄cludūt indirecte/ et vbiq; reducunt ad ferio licet aliter et aliter ¶ Hā q̄ñ ſeruiūt p̄me figure deñt reduci ad ferio ſicut lrē in ipis ſignificāt ¶ Q̄ñ ſuiūt ſcde deñt reduci ad ferio trāſponēdo p̄miſſas et ꝓuertēdo minoꝛē ſimpl'r ¶ Et maioꝛ nō debz cōuerti/ ſz loco eius debz capi ſua ſubalterna ꝑticularis affirmatiua Sz q̄ñ ſuiūt tᶜ figure debent reduci ad ferio trāſponēdo p̄miſſas/ et ꝓuertendo maiores ſcz illā de fapeſmo p accñs/ et illā de friſeſomoꝛ ſimpl'r/ vt patz p̄acticāti ¶ Si arguatur in ōni ſyllogiſmo p̄cluſio dēt eſſe ſimilis alicui p̄miſſarū/ ſed ꝑticularis negatiua nō eſt ſimilis alicui p̄miſſarū in iſtis duobz modis/ ḡ non valent ¶ Dico q̄ licet cōcluſiones nō ſint ſimiles p̄miſſis in q̄ntitate/ tamē bene in q̄litate/ modo ſimilitudo ꝓprie fit in qualitate.

¶ Si arguaꝛ cõtra frisesomoꝝ sic/jn õni syllõ debet fieri subsumptio sub ſbiecto in maioꝛe distributo/ſz in frisesomoꝝ nõ fit subsumptio/qz maioꝛ ẽ ꝑticularis in q̃ ſbtũ nõ distribuit ¶ Dico ꝙ licet in frisesomoꝝ nõ fit subsũptio formaliꝛ/bñ tñ vtualiter/jnq̃tũ in ꝑmissis eꝰ vtualit̃ ꝓtinẽt ꝑmisse de ferio

Queritur primo quot sunt cautele obſuande ad debite syllogizandũ in õnibꝰ modis et figuris ¶ Dico septẽ q̃s nouelli loyci debent diligẽter notare/et sibiinuicẽ arguẽdo ꝓacticare

Prima cautela est ꝙ in bono syllõ simpliꝛ nõ debñt esse plures t̃ij q̃ tres/ nec plures ꝓpões q̃ duc/jdo ex ypotheticis nõ ꝑt fieri syllogꝰ simpliꝛ/vt nõ seq̃ꝛ/õnis hõ vel azinꝰ est azinꝰ/ſortes ẽ hõ vel azinꝰ/q̃ ſortes ẽ azinꝰ ¶ Si maioꝛ sit ypoca/tũc ꝑmisse sunt vẽ/et ꝓclusio flã/ſz ꝓma cautela deficit/qz tũc sunt plures t̃ij q̃ tres/et plures ꝓpões q̃ duc Exm vbi sunt q̃tuoꝛ t̃mini in syllõ cathec/vt oẽ currẽs est azinꝰ/ſortes ꝑt eẽ currẽs/q̃ ſortes ꝑt esse azinꝰ/hic currẽs subijcit̃ in maioꝛi/ꝛ ꝑt eẽ currens ꝑtur in minoꝛi/igitur sunt quatuoꝛ termini.

Scõa cautela est ꝙ nullus triũ t̃minoꝝ tenceaꝛ eq̃uoce vel aliter et alit̃ penes aliq̃d multiplex/qz tũc ceñt plures t̃mini q̃ tres/ Et ꝑ istã cautelã soluũt fere oẽs palogisimi q̃ fiũt penes fallacias in dcõne/vñ bñ notari debꝫ/ſi mediũ capit̃ ꝑ eiusdẽ ſuppositis vel ſigtis in maioꝛi et minoꝛi qõ fallit ꝓmo sic arguẽdo Quicq̃d currit hꝫ pedes/aq̃ currit/q̃ aqua hꝫ pedes ꝑmisse sunt vẽ/et ꝓclusio falsa Dz vide ad mediũ. s. currit qõ in maioꝛi capit̃ ꝑ ꝓte ꝑ motu pedũ/ſz in minoꝛi ꝑfluere/q̃ sunt ibi q̃tuoꝛ t̃ij/ꝛ nõ vꝫ qm̃ deficit scõa cautela/et ex ꝑñti deficit ꝓma ¶ Ntẽ post mediũ notari dẽt ſi maioꝛ/vl minoꝛ extremitas capiaꝛ eq̃uoce vel aliter et alit̃ Exm de maioꝛi extremitate/ vt oẽ currẽs hꝫ pedes/aq̃ nõ hꝫ pedes/q̃ aqua nõ est currẽs/jbi currens in maioꝛi capit̃ ꝑ ꝓte/ſi fic capiaꝛ etiã in ꝓclusione ẽ bonꝰ syllogꝰ/ꝛ sicut ꝓmisse sunt vere/jta et ꝓclusio Dz ſi in maioꝛi capit̃ ꝑ ꝓte et in ꝓclusione trãſſumptiue/ñ vꝫ syllogꝰ/qz vtualiter sunt q̃tuoꝛ t̃ij Exm de minoꝛi extremitate/vt nullũ aiãl est ſpẽs/hõ est aiãl/q̃ hõ nõ est ſpẽs Ubi minoꝛ extremitas scꝫ hõ alit̃ et aliter accipit̃ in minoꝛi et ꝓclusione/qz in minoꝛi accipit̃ ꝑ ut ſupponit ꝑſonaliꝛ ꝑ inferioꝛibꝫ Et in ꝓclusione accipit̃ ꝑ ut ſupponit ſimpliꝛ ꝑ natura cõi/vel ꝑ 2a intẽtione Et ẽ ibi mutatio ſuppois ꝑſonalis in ſimplicẽ/q̃ peccat penes multiplex fantaſticũ/et nõ valet syllogꝰ/qz implicite sunt q̃tuoꝛ t̃mini

Tercia cautela est ꝙ non plus fit ꝑtũ in minoꝛi/q̃s sit ſbtũ distributũ in maioꝛi Et iõ nõ seq̃ꝛ nullꝰ ſtuferus valet florenũ/q̃ ducatus valꝫ ſtuferũ/q̃ nullus ducatꝰ valet florenũ/jbi ſtuferus est ſbtũ distributũ in maioꝛi/et li vꝫ florenũ/ẽ ꝑtũ in minoꝛi/q̃ plꝰ ꝑtur in minoꝛi/q̃s in ꝓclusione Ntẽ nõ seq̃ꝛ Cuiꝰlibet ꝺictionis altera ꝑs ẽ va/ſortes ẽ azinꝰ/ẽ ꝺictõis altera ꝑs/q̃ ſortes ẽ azinꝰ est va/jbi altera ꝑs ꝑtur in minoꝛi/ꝛ tñ nõ distribuit̃ in minoꝛi/quia ſupponit ꝓfuſe tantũ

Quarta cautela est ꝙ nõ arguaꝛ a nõ distributo ad distributũ/hoc ẽ vt caueaꝛ ne aliq̃d distribuaꝛ in ꝓclusione/qđ nõ ſit distributũ in aliq̃ ꝑmiſſarũ Et q̃ nõ seq̃ꝛ in darij ¶ Dẽ risibile ẽ aiãl/tm̃ hõ est risibilis q̃ tm̃ hõ est aiãl/ꝓclusio ẽ falſa/ꝛ tñ ꝑmisse sunt vere/ſz ibi arguit̃ a nõ distribũ

to ad distributū ex pte li aiāl/qō in maiori nō distribuit̄/sz distribuit̄ in ꝓclusione/ideo etiā nō seq̄tur in cesare ¶Nullū dextrū est sinistrū/cuiusl̄bz hōis oculꝰ est sinister/ꝯ nullius hōis oculus ē dexter/jbi oculus in ꝓclusione distribuit̄/et in minori supponit cōfuse tantū.

Quinta cautela est vt seruet̄ eadē ampliatio in p̄missis et ꝓclusione/jō nō seq̄tur in celarent ¶Nullus viuens gñabit̄/ōnis hō ē viuens/ꝯ nullus hō gñabit̄/de quo dictū est supra Etiā nō sequit̄ in darij Oē natū est/adam est natus/ꝯ adā est/jbi adā in minori supponit in ordine ad duas dr̄as tp̄m.s.est vel fuit/jn ꝓclusione vero ad vnā dr̄ām tp̄is

Sexta cautela est q̄ mini capiāt̄ eq̄ restricte Et ideo nō sequit̄ in ferio ¶Nulla virgo fuit aliquis ap̄lus/scūs johēs fuit vgo ꝯ scūs johēs nō fuit aliq̄s ap̄lus/jbi variat̄ restrictio ex pte li virgo/qō in maiori restringit̄ ꝓ femīis/et in minori stat ꝓ viris

Septima cautela est q̄ sicut medij nequaq̄ debet intrare cōclusionē/ita cauendū est q̄ determinatio medij nō intrer ꝓclusionē/ideo nō sequit̄ quicūq; scit lr̄as nunc/dicit illas/sz antiquus grāmaticus scit lr̄as nūc/ꝯ antiquus grāmaticus nūc dicit lr̄as/ꝓclusio est falsa/et p̄missę sunt vere/et oēs cautele p̄ter vltimā bnant̄/q̄ determinatio medij.s.nūc/intrat ꝓclusionē q̄ si remoueat̄/ꝓclusio erit vera sicut p̄missę

Queritur secūdo vtrū darij sit ꝓba formalis ¶ Dico sic quia tenz in ōnibz t̄minis simili forma arguēdi retēta ¶ Sz arguit̄ q̄ nō/q̄ nō seq̄tur Oē risibile ē aiāl/tm̄ hō est risibilis/ꝯ tm̄ hō est aiāl/vide solutionē in q̄rta cautela Scdo nō seq̄tur/ōne currens ē azinus/ōnis hō p̄t esse currens/ꝯ ōnis hō p̄t esse azinus/ꝓclusio est impossibilis/et p̄missę sunt possibiles/et vere in casu possibili ¶ Dico q̄ ibi nō seruat̄ 3ª cautela/nā ibi est plus p̄tū minoris q̄ sit subiectū distributū in maiori ¶Nā currens solū est ſB iectū in maiori/et potest esse currēs est p̄dicatū in minori ¶ Si arguat̄ 3º nō sequit̄ Oēs ap̄li dei sunt duodecim/pe.et pau.sunt ap̄li dei/ꝯ pe.ꝛ pau.sunt duodecim ¶ Dico q̄ oēs capit̄ dupl'r Uno mō distributiue tūc est bonꝰ syllogismꝰ in darij/sed sicut cōclusio est falsa/ita maior q̄ est tūc vl'is affirmatiua falsa Alio° capit̄ oēs collectiue/tūc maior est indefinita vā/et li oēs est ps ſBiecti/et totū subiectū maioris nō est p̄dicatū minoris Etiā qz tūc arguit̄ ex puris p̄ticularibz ¶ Si arguat̄ q̄rto nō seq̄tur Oē indiuiduū alicuiꝰ spēi est azinus/sortes ē indiuiduū alicuiꝰ spēi/ꝯ sortis est azinus ¶ Dico q̄ maior est falsa Et si ꝓbet̄ sic Oē indiuiduū istius spēi est azinꝰ/ꝯ oē indiuiduū alicuiꝰ speciei est azinꝰ/ꝓna ꝓbat̄ a singulari ad p̄ticularē/sicut hic/iste hō currit/ꝯ aliq̄s homo currit ¶ Dico negādo p̄mā ꝓnam/et ad ꝓbationē dicit̄/q̄ ibi nō arguit̄ a singulari ad p̄ticularē/sz vtualiter a singulari ad vl'em/et sic arguit̄ ibi a nō distributo ad distributū ex pte li spēi/qō in ancedente supponit discrete/et in ꝓnte ꝓfuse distributiue/qz ōnis obliquus sequens rectū distributū supponit eadem specie suppositionis.

Arguitur primo cōtra terciū modū p̄me figure sic ¶Nō seq̄tur in darij Omis hō vel azinꝰ est azinꝰ/petrus est hō vel azinꝰ ꝯ petrus est azinus/ꝓclusio est falsa/et p̄missę sunt vere/igit̄ ꝓna in darij nō vz

¶ Dico q maior dēt distingui Aut ē vna ypotetica disiūctiua sic est vera/sed ex ypothecticis nō fit syllo9 Aut maior ē vna cathe9 de disiūcto extremo/et hoc duplicit Aut illa pticula vl azin9/se tenet ex pte subiecti/vt.s.hoc totū homo vel azin9 distribuat tūc est bonus syllo9/sz sicut ꝓclusio est flā/ita et maior/qz vz oē qd est hō vel azinus ē azin9/qd est falsum/qz sortes est hō vel azin9/et tm nō est azin9 Aut pma ps distribuat scz hō tūc est vera/sz tūc plus est ptū minoris q̄z subiectū distributionis maioris ¶ Replicat hoc nō soluit/qz ponēdo solū ſbtū distributū/adhuc nō seqūtur sic arguēdo/ōmis hō vel azin9 ē azin9 petrus ē hō/g̃ petr9 ē azin9/ja p̄missē sunt vere/et ꝓclusio adhuc ē falsa ¶ Dico q male ꝓcludit nā illa pticula.s.vel azin9/qz nō se tenz ex pte subiecti distributi/se tenet ex pte maioris extremitatis/jō cū ca dēt intrare ꝓclusionē sic/g̃ petr9 vl azin9 ē azin9/p istū modū posses ꝓbare fere oē ꝓpositū tuū iō nō bn

Arguitur secūdo nō seqūtur in darij Cui9libet ꝓdictionis altera ps est vera/rnīs est azin9 est ꝓdictionis altera ps/g̃ rnīs ē azinus est vā/ꝓclusio ē falsa/et p̄missē sunt ve i2 ¶ Dico q ibi plus ē ptū in minori q̄z sit ſbtū distributū in maiori/qd est li altera ps/qd supponit ꝓfuse tm in maiori et nō distribuit ibi vt dcm est in 3a cautela ¶ Replicat qz remouēdo li altera ps a minori adhuc nō seqūt Cui9libet ꝓdictionis altera ps est vera/rnīs est azin9 est alicui9 ꝓdictionis/g̃ rnīs est azin9 est vā ¶ Dico q male ꝓcludit qz deberet sic ꝓcludi/g̃ rnīs est azin9 vel altera ps ē vā/qz li altera ps non se tenet ex pte medij distributi/ido sc tz ex pte maioris extremitatis/als ibi ceñt q̄tuor t̄mini/et p ꝑs debet cū maiori extremitate intrare ꝓclusionē Hoc ēm summe notandū est q in quolibz syllo nō debent esse nisi tres termini/jō necē est t̄minos positos in syllo/tenere se/aut ex pte/medij/aut ex pte maioris extremitatis/aut minoris/qz nisi sic ceñt q̄tuor t̄mini Per istū modū arguēdo ctiā potes ꝓbare ōne ꝓpositū tuū.

Arguitur tercio nō seqūtur adhuc in darij Ōmis hō ē totū in q̄titate/sortes ē hō/g̃ sortes ē totū in q̄titate/ꝓclusio ē flā/et p̄missē sunt vē ¶ Ego distinguo maiorē/aut ōnis hō capit̄ psonal̄r et sic ipa ē flā et bn seqūt/qz tūc est vl9 cui9 ſbtū suppo9 ꝓfuse distributiue et ſb co fit defcēsus/g̃ iste hō ē totū in quātitate et iste hō ēt q̄ sunt flē Aut ōnis hō capit̄ mālr et sic ē indefinita vā/sz tūc sunt multi defcūs/p° qz nō est in darij/2° qz medium nō ptur totū in minore/3° qz hō capit̄ eq̄uoce ¶ Replicat capiēdo li ōnis hō psonal̄r ipa ē vā/g̃ solutio mala Añs ꝓbat qz ista ꝓpō ꝓcedit vā/ōnis hō est totū in quātitate/et nō est vā in suppoe māli/qz tunc nō est totū in q̄titate/eo q totū in quātitate ē ti9 distribut9 p signū vle vl̄iter captū ¶ Dico q ista/ōmis hō ē totū in quātitate ꝓcedit vā/rē sicut ista/mgr̄i ē gti casus/scz ꝓut ibi ōnis hō suppo9 māliter nō ꝓ se/sz ꝓ sibi simili in alia ꝓpōe supponēte psonal̄r.s.ibi ōnis hō currit vt patebit in suppoe māli ¶ Posset argui q̄si sil̄e/oēm hoiem viuere ē scitū a petro/johēs est hō/g̃ iohēm viuere est scitū a petro/p̄missē p̄nt ēē vē/ꝓclusione exīte flā ¶ Dico q ñ arguit̄ in darij et sunt multi defcūs/pmo ibi ē fallacia eq̄uocationis ex pte h9 t̄mini hō/q sumit̄ māliter in maiori/qz hoc dictū supponit ꝓ oīōe idicatiua/2° nō totū ſbtū maioris p̄tur/3° qz maior nō est vl̄is/sz indefinite vel singularis ex pte dicti

Arguitur quarto cōtra ārtū modū ꝑme figure Nō seq̄t inferio/nullū aiāl est spēs/hō est aiāl/ḡ hō nō est spēs/itē nullū viuens ē mortuū/hō est viuēs/ḡ hō nō est mortuꝰ/itē nullū generandū est aiāl quidā hō est gñandꝰ/ḡ quidā hō nō est aiāl/itē nullus hō ꝑt cē regina/vroz regis est hō/ḡ vroz regis nō ꝑt cē regina ¶ Dico q̄ in ꝑmo arguēto arª a sup pōe ꝑsonali ad simplicē/et est fallacia figure dcōnis In scōo et 3° nō seruatur eadē āpliatio ex ꝑte li hō/qō in minozi nō āpliaī/sz in ꝛclusione āpliaī In ārto nō seruaī restrictio vtz clare ¶ Replicaī hic seruaī debita suppō āpliatio et restrictio ¶Nulla tra est supza lunā/sol ē supza terrā/ḡ sol nō est supza lunā/et tñ ꝛclusio est falsa et ꝑmisse vē/igiī nō valet ꝓña in ferio ¶ Dico ꝑmo q̄ ibi est plus ꝑtū in minozi/q̄ erat ibtū in maiozi/ná terra ē solū subiectū/et supza terrā ꝑtur in minozi Dicīt scōo q̄ minoz extremitas nō subsumiī sub ibiecto distributo/fac igiī ex eis bonū syllom Dicīt nulla luna est supza terrā/sol est terra/igiī sol nō est supza lunā/tūc sicut ꝛclusio est falsa ita et minoz ¶ Posset hic argui cōtra baralipton/si baralipton reduceret ad barbara/q̄ maxime esset ꝑ ꝙuersionē ꝛclusionis ꝑ accñs/vt notaī ꝑ.p./sed hoc nō/igiī nō potest reduci ad barbara ¶Minoz ꝓbaī qz cōclusio est ꝑticularis affirmatiua q̄ nō ꝙuertiī ꝑ accñs sed simplicit/vtz in ꝑmo tractatu/igiī nō reducīt ad barbara ꝑ ꝙuersionē ꝑ accñs ¶ Dico q̄ nō debet intelligi q̄ ꝛclusio de baralipton formaliter ꝙuertaī in reductione ꝑ accñs/sed dēt intelligi q̄ ipa fuit ꝙuertens ꝛclusionis vlis affirmatiue de barbara ꝑ accñs Et ita ipa redit in suā cōuersam Dñ baralipton reduci ad barbara ꝑ ꝙuersionē ꝛclusionis ꝑ accñs/nō ē aliud q̄ oñdere/q̄ ꝛclusio de barbara ꝙuersa ꝑ accñs/infert ꝛclusionē de baralipton/sicut ꝙuersa infert ꝙuertentē Et tūc ē ꝛtio ipam ꝙuertentē ponere loco ꝙuerse ¶ Itē si arª nō seq̄t Dē albū est accñs/ōnis hō est albꝰ/ḡ qōdam accñs est hō/ꝛclusio ē falsa et ꝑmisse sunt vere in casu possibili/igiī ꝓña nō vz in baralipton ¶ Dico q̄ ibi vtualiter sunt ātuoz ēmini/ná albū capiī in maiozi abstractiue als esset falsa/qz valet.i.res hñs albedinez est accñs/qō est hmōi Sed in minozi capiī ꝛcretiue ꝑ respectū ad suū subiectū

Tres sunt regule scōe figure

Sequitur de scōa figura cuiꝰ tales dantur regule Prima:in scōa figura maioze exīte ꝑticulari nichil sequitur Scōa:in scōa figura ex puris affirmatiuis nichil sequitur Tercia:in scōa figura semp ꝛcluditur negatiue Secūda figura quatuoz habet modos

Cesare ꝑmus modus ꝛstat ex vniuersali negatiua maiozi:et vniuersali affirmatiua minozi:vniuersalē negatiuā directe concludentibꝰ

Exemplū
cel nullus lapis est aiāl
a omnis hō est aiāl
re nullus hō est lapis

Et reducitur ad celarent: maiore cōuersa simpliciter

Camestres scōus modus cōstat ex vniuersali affirmatiua maiori: et vniuersali negatiua minori: vniuersalem negatiuā directe concludentib?

Exemplū
cam omnis hō est aiāl
es nullus lapis est aiāl
tres nullus lapis est homo

Et reducitur ad celarent minore cōuersa simpliciter z p transpositionē premissarū.

Festino tercius mod? constat ex vniuersali negatiua maiori: et pticulari affirmatiua minori: pticularem negatiuā directe cōcludentibus

Exemplū
fes nullus lapis est aiāl
ti quidā hō est aiāl
no quidā hō nōē lapis

Et reducitur ad ferio maiore cōuersa simpliciter

Baroco quartus modus ?stat ex maiori vniuersali affirmatiua: et minori pticulari negatiua: pticularē negatiuā directe concludentib?

Exemplū
ba omnis hō est aiāl
ro quidā lapis nōē aiāl
co quidā lapis nōē homo

Et reducitur ad barbara p impossibile Reducere autē p impossibile est sumere oppositū ?clusionis cū altera premissarū: et inferre oppositum alterius premisse.

Sumaꝫ ãt oppoſitũ ꝯcluſionis. ſ. ōnis lapis eſt hō: cũ maiori huiꝰ ꝗrti mõi. ſ. ōnis hõ eſt aiãl Et arguaꝫ ſic

p impoſſibile
- omnis homo eſt animal
- omnis lapis eſt homo
- omnis lapis eſt animal

Primũ punctũ huiꝰ lcõnis ẽ/ꝙ ſcda figura eſt in q̃ mediũ p̃tur in vtraq; p̃miſſarũ de duabꝫ extremitatibꝫ Et nõ eſt mediũ poſitione/vt ſup̃dcm̃ eſt/qz nõ ponit int̃ duas extremitates ꝑm ſbiectionẽ et p̃cõez ſicut mediũ ꝑme figure/ſꝫ ẽ poſitione p̃mũ/vt dicit ꝓhus qz p̃tur de vtraq; extremitatũ Et mediũ 3ꝯ figure etiã nõ eſt mediũ põe/ſed ẽ vltimũ poſitione/qz ſubijciꝫ vtriq; extremitati/mõ ꝑm ordinẽ ſubijciẽdi et p̃dicabtũ ẽ poſteriꝰ p̃to Ex quo pꝫ ꝙ rõ medij nõ eſt ita ꝑpe in iſtis/ſicut in ꝑma figura Nã rõ medij ẽ mediare ⁊ poni int̃ extrema/in 2ª võ poꝰ ſup̃ extrema/in 3ª ãt poꝰ ſbẽ exmis

Scõm punctũ ꝙ iſti q̃tuoꝫ modi 2ꝯ figure ꝯcludũt directe ſuas ꝯcluſiones/et tñ nõ ſunt modi pfecti/et hoc idõ qz non cuidẽter clare et manifeſte inferũt ſuas ꝯcluſiones/qz nõ imediate regulãt ꝑ dici de õni vel dici de nullo Et ideo reducũt̃ ad modos pfectos ꝑme figure/aut ꝑ ꝙerſi onẽ et trãſpõez/aut ꝑ impoſſibile ꝑm ſigtionẽ harũ lrãz/s/m/c/ ¶ Si arguaꝫ nullus ſyllo⁹ dẽt reduci ad aliũ ſyllom̃/ꝯ textus falſus Ans ꝓbaꝫ qz cui cũq; cõuenit rõ ſeu diffinitio ſyllogiſmi ẽ ſyllo⁹ pfectus/ſꝫ õnibꝫ ſyllogiſmis ꝑme ſcde et 3ꝯ figuraꝝ/ꝯuenit rõ et diffinitio ſyllogiſmi/ꝯ oẽs ſunt pfecti/ideo nõ egent vt pficiant̃ ꝑ reductionẽ ad ꝑmos q̃tuoꝫ mõs ¶ Dico ꝙ duplex ẽ pfectio ſyllogiſmi. ſ. ꝑmaria q̃ ꝯſiſtit in hoc ꝙ nccio ꝯcludit ⁊ infert ꝯcluſionẽ Et hoc mõ õnis ſyllo⁹ eſt pfect⁹ Alia ẽ pfectio ſecũdaria ſyllogiſmi/q̃ ꝯſiſtit in hoc ꝙ enidẽter et manifeſte ꝯcludat/ſta hec pfectio addit vltra nccitatẽ cõ cludẽdi/euidentiã ꝯcludendi/et hoc mõ ſoli q̃tuoꝫ ꝑmi mõi ꝑꝰ figure ſẽ pfecti

Queritur primo q̃ eſt rõ triũ regularũ ſpeãliũ 2ꝯ figure ¶ Dico rõ oim̃ regularũ gñalis eſt qz dato oppoſito/tũc ex vo ſeq̃ret falſum qđ eſt impoſſibile Rõ ſpeãlis ꝑme regule ẽ/qz ſi in 2ª figura aꝰ poſſet eẽ pticularis/ſeq̃ret ꝙ argueret a nõ diſtributo ad diſtributũ ex pte maioris extremitatis/q̃ nõ diſtribueret in maiori/eo ꝙ eſſet pticularis/⁊ tñ diſtribueret in p̃to ꝯcluſionis/qz ꝯcluſio ẽ hic ſp negatiua ¶ Poſſet argui/qđ hõ eſt aiãl/nullꝰ lapis eſt aiãl/ꝯ qđ lapis nõ eſt hõ/ibi bñ ſeq̃t ⁊c ¶ Dico ꝙ ꝫ ẽ grã materie qz ñ fõrlr tꝫ in õibꝫ tminis ¶ Replicaꝫ etiã formalr ſeq̃t qđ ꝓbo de friſeſomoꝝ/q̃ modꝰ ſunt õni figure/et tñ maioꝝ ẽ pticularis ¶ Dico ꝙ liꝫ maioꝝ exñte pticulari/bñ ſeq̃t aliq̃d in friſeſomoꝝ indircẽ ꝯcludẽdo/ nõ tñ dircẽ vt regula intelligiẽ ¶ Rõ ſcde regule eſt qz ꝓpter vnionẽ duarũ ſpeꝝ in vno gñe/nõ ſeq̃t vnio illaꝝ int̃ ſe Etiã ſi ex puris affirmatiuis arguere tur in 2ª figura/tũc mediũ nũq; diſtribueret ex q̃ cẽt ſp p̃tũ ꝓpõis affirmatiue ſed ſꝫ eſt in ꝯcluſis ⁊c ¶ Si arꝰ q̃cũq; vni et cidẽ tcio ſunt cadẽ/int̃ ſe ſunt cadẽ/ſꝫ arguẽdo ex puris affirmatiuis in 2ª figura denotaꝫ vnio extremitatũ

in vno 3°/g etiã erit bona vnio int̃ sc/ꝓña tenet in vtute illi⁹ maxime dicte ¶ Dico q illa maxima dz sic intelligi/q̃cũq; vni et eidẽ 3° supple singulari singulariť tẽto sunt eadẽ/etiã int̃ se sunt eadẽ/mõ illud 3ᵐ hic est ti⁹ cõis cõiter tẽt⁹ Rõ 3ᵉ regule q̃re excludiť sp negatiue est/qz opz in 2ª figura alterã p̃missaꝝ cẽ negatiuã/g̃ oportebit ꝓclusionẽ cẽ negatiuã/ꝓña tenet p q̃rtã regulã gñalẽ su prædictã/q̃ est si aliq̃ p̃missarũ fiũt negatiua/ꝓclusio erit negatiua

Queritur secũdo q̃tuplex ẽ reductio modoꝝ imperfectoꝝ ad mõs pfectos Et q̃re baroco nõ p̃t reduci ad barbara vel aliũ modũ ostẽsiue ¶ Ad p'm dico q ẽ duplex. s. oñsiua et p impossibile Reductio oñsiua ẽ que fit p̃ conuersionẽ vel transpõem p̃missarũ Et ꝯ mõ oẽs modi imperfecti. s. oẽs/a q̃tuor p̃mis reducũť ad aliquẽ modũ p̃fectũ ꝟᵐ sig̃tionẽ lr̃aꝝ/s/p vel m/in eis positaꝝ Ex q̃ sequit q baroco z bocardo nõ reducũť ostẽsiue/qz in eis nõ ponit̃/s/p/vel m/ Dz reductio p impossibile ẽ q̃n ex opposito ꝓdictoꝝ rio cõclusionis/cũ altera p̃missarũ infert oppositoziũ ꝓdictoziũ alteri⁹ p̃misse Et isto mõ baroco et bocardo deñt reduci ad barbara vt sig̃t p lr̃aꝝ c/ Quid ât sit syllo⁹ ostẽsiu⁹/et syllo⁹ ad impossibile q̃ est spẽs syllogismi ex ypothesi videť in sexto tractatu ¶ Ad 2ᵐ q̃re baroco vel etiã bocardo non p̃t reduci ad barbara vel aliũ modũ ostẽsiue Dico qz vt dcñ est reductio ostẽsiua fit p conuersionẽ Aut g̃ in baroco conuertit̃ maioz/aut minoz/aut ꝓclusio Nõ maioz qz illa conuertit̃ in p̃ticularẽ p accñs/ex q̃ maioz ẽ vlis affirmatiua/z tũc argueret̃ ex puris p̃ticularibz/qd̃ nõ p̃t fieri Si dicať q minoz aut ꝓclusio debeat cõuerti/h̃ nõ p̃t fieri/ꝓbať qz sunt p̃ticulares negatiue/que nõ p̃nt conuerti in suis t̃minis/sz conuertũť p ꝯpositionẽ in t̃minos infinitos/z sic nõ manerent ijdẽ termini/qd̃ tñ req̃riť in reductione ¶ Si q̃rať ex quo reducere p impossibile est sumere oppositũ ꝓdictoziũ ꝓclusionis cũ altera p̃missarũ Que erit illa premissa Dic q in 2ª figura illa erit maioz/q̃ manebit/z inferet oppositũ minoris Dz in 3ª figura minoz manebit et inferet oppositũ maioris/juxta illa metra: Seruat maiorẽ/variat q̃ scda minorẽ ꝛc.

Arguitur primo Cõtra scdaꝝ regulã speãlem 2ᵉ figure ex puris affirmatiuis in scda figura bñ seq̃ť aliq̃d/igiť regula falsa Antñs ꝓbať sic arguẽdo Dẽ risibile ẽ aiãl/õnis hõ est aiãl/g̃ õnis hõ est risibile ¶ Dico licet bñ seq̃ť mãliter/et grã illoꝝ t̃minorũ/nõ tñ seq̃ť formaliter/qz nõ tenz in õnibz t̃minis sili formã retẽta ¶ Replicať etiã seq̃ť formaliter sic arguẽdo/aliq̃d aiãl est sortes/aliq̃s hõ ẽ sortes/g̃ aliq̃s hõ est aiãl/nec p̃t dari instãtia ¶ Dico licet in 2ª figura bñ seq̃ť formaliter aliq̃d ex puris affirmatiuis/p syllogismũ expositoziũ/vbi mediũ est t̃min⁹ singularis/nõ tñ seq̃ť p syllogismũ simpliciter vbi mediũ est termin⁹ cõis

Arguitur secũdo nõ seq̃ť in cesare Nullũ dextrũ est sinistrũ/cuiuslibet hõis oculus ẽ sinister/g̃ nulli⁹ hõis oculus est dexter p̃misse sunt ve/et ꝓclusio falsa igiť ¶ Dico q hic nõ ꝟuať q̃rta cautela/qz arguit a nõ distributo ad distributũ ex pte li oculus/qd̃ in minori supponit ꝑfuse tm̃/et in cõclusione distribuit ¶ Replicať regula suppõis ẽ q rcũs seq̃ns obliquũ distributũ supponit ꝑfuse tm̃/sz oculus in cõclusione est rcũs sequens obliquũ distributũ/g̃ supponit ꝑfuse tm̃ ¶ Dico q illa regula itelligiť q rec

tus sequēs obliquū distributū p signū affirmatīm/hic aūt sequit obliquū distributū p signū negatiuū ¶ Si arguat adhuc nō sequit Nichil qđ est vel erit fuit in archa noc/oē aīal fuit in archa noc/ḡ nullū aīal est vel erit/ꝛclusio ē flā/ꝛ pmisse sunt vē igit ¶ Dico q hic nō seruat scđa cautela/nā minor extremitas scz aīal sumit aliter in minori/et aliter in ꝛclusione/qz in minori capit aīal p pteritis/et in ꝛclusione capit p pntibz et futuris/ꝛ sic ibi sunt vtualit qtuor tmini Et si dicat pmisse sunt bn dispositē/inferat ḡ bn ꝛclusio ¶ Dico dēt fic ꝛcludi/ḡ nullū aīal pteritū est vel erit/et tūc ꝛclusio est vera

Arguitur tercio nō sequit in camestres/oē mortuū ē nōens/nullus hō est nōens/ḡ nullus hō est mortuus/ꝛclusio ē falsa/et pmisse sunt vē/ꝛ ꝓña in camestres nō vz ¶ Dico q h nō buat qnta cautela/qz h arguit a nō aplo ad amplū ex pte li hō/qđ in minori nō apliat/sz stat solū p pntibz Et in ꝛclusione apliat qz stat p pntibz et pteritis ¶ Replicat arguere a nō aplo ad aplū est arguere ab inferiori ad supius/qz tm nō amplus est inferi ad scipm apliatū/ḡ ꝓña erit bona ¶ Dico verū est q tm nō aplus est inferi ad scipm apliatū/et bn valet argum si arguat sine distributione/qz ab inferiori ad supius cū distributōne ē fallacia pntis/iā hic arguebat a nō aplo ad aplū cū distributione ampli qđ nō valet ¶ Si arguat nō sequit/cuiuslibet ꝑdictionis altera ps ē va/cuiuslibz ꝑdictionis altera ps nō est va/igit nulla ꝑdictio ē ꝑdictio ¶ Dico q male ꝛcludit/deberet em sic ꝛcludi/ḡ cuiuslibz ꝑdictionis altera ps nō est ꝑdictionis altera ps tc/ꝛclusio ē va sicut pmisse

Arguitur quarto nō sequit in festino Nullū aīal dū dormit vigilat/qđā hō vigilat/ḡ qđā hō nō est aīal dū dormit/ꝛclusio est falsa/et pmisse sunt vē/ḡ nō vz ꝓña in ferio ¶ Dico q maior pt cē vna ypoth palis/tūc est va/sz nō ē bon syllo cathegoric et simplr Ilio pt cē cathe et hoc duplr/vno vt illa determinatio dū dormit/se tenz a pte subiecti/ꝛ sic ipa ē falsa/qz vz ista de q̄cūq; vez est dicere q sit aīal dū dormit/de illo verū ē dicere q nō vigilat/qđ est falsum/qz de aīali vigilāti verū est dicere q ē aīal dū dormit/et tm de ipo nō est verū dicere q nō vigilat Ilio illa determinatio dū dormit se tz a pte pti/tūc male sumit minor/qz dēret sic sumi/sz qđā hō vigilat dū dormit/ꝛ tūc minor ē flā ¶ Si arguat nō sequit in baroco/ōnis hō est totū in q̄titate/sortes nō est totū in q̄titate/ḡ sortes nō est hō/ste nō sequit ōnis hō currit p casum/adā nō currit/ḡ adā nō est hō ¶ Dico ad pmū distinguendo maiorē/vel ipa est vna vlis/tūc est bon syllo in baroco/sz ficut ꝛclusio ē flā ita et maior Aut maior est vna singularis vel indefinita tūc est va/sz nō valz syllo/qz tūc arguit ex puris pticularib Posset h replicari ꝓbādo q maior vt ē vlis sit va/sicut pz supⁱ in 3° argumēto cōtra darij ¶ Ad 2m dico q ibi nō buat sexta cautela/qz ibi nō buat debita restrictio ex pte li hō/qđ in maiori restringit stare p pntib/et in cōclusione nō restringit p pntib/sz distribuit p pntib pteritis et futuris Sūt tm alicq̄ ꝓcedētes q adā nō est hō/qz sua ꝑdictoria est falsa Adā est hō/qđ ꝓbant/qz est vna affirmativa cui subiectū p nullo supponit De ista materia dictū est supⁱ in pmo tractatu/et in scđo videat ibi qm ꝓblema est inter doctissimos

Due sunt regule tercie figure

Equit de 3ª figura: cui? tales dant regule Prior regula: in 3ª figura minore exite negatiua nichil seqt.

Posterior regula: in 3ª figura cōclusio debet esse pticularis Vnde tercia figura sex habet modos

Darapti primus modus cōstat ex vniuersali affirmatiua maiori: z vniuersali affirmatiua minori: pticularē affirmatiuā concludentib? directe.

Exemplū
da omnis hō est lbnā
rap omnis hō est aiāl
ti qdā aiāl est lbnā

Et reducitur ad darij minore p̄uersa p accīs

Felapton secūdus modus cōstat ex vniuersali negatiua maiori: et vniuersali affirmatiua minori: pticularem negatiuā directe cōcludentibus:

Exemplū
fe nullus hō est lapis
lap omnis hō est aiāl
ton aliqs aiāl nō ē lapis

Et reducitur ad ferio minore cōuersa p accīs

Disamis tercius modus cōstat ex pticulari affirmatiua maiori: et vniuersali affirmatiua minori: pticularem affirmatiuā directe cōcludentib?

Exemplū
dis qdam hō est lbnā
am omnis hō est aiāl
is qdā aiāl est lbnā

Et reducitur ad darij maiore cōuersa simpliciter: et p transpositionē p̄missarū

Datisi quartus mod? cōstat ex vniuersali affirmati

ua maiori:et ꝑticulari affirmatiua minori:ꝑticularem affirmatiuā directe concludentib⁹

Exemplū
da omnis hō est ībnā
ris quidā hō est aiāl
i qdā aiāl est ībnā

Et reducitur ad dary minore cōuersa simpliciter.

Bocardo quintus modus cōstat ex ꝑticulari negatiua maiori:et vniuersali affirmatiua minori:ꝑticularem negatiuā directe cōcludentib⁹.

Exemplū
bo quidā hō nōē lapis
car omnis hō est aiāl
do qdā aiāl nōē lapis

Et reducit ad barbara ꝑ impossibile Sumat enim oppositū ꝺ dictorū ꝯclusionis:cū altera ꝑmissarū.s.minore:et inferet oppositū alteri⁹ ꝑmisse hoc mō:oē aiāl est lapis:ōnis hō est aiāl:g̃ ōnis hō est lapis:hec cōclusio facta ꝑ impossibile in barbara ꝯtradicit maiori quinti modi tercie figure.

Ferison sextus modus cōstat ex vniuersali negatiua maiori:et ꝑticulari affirmatiua minori:ꝑticularem negatiuā directe ꝯcludentib⁹

Exemplū
fe nullus hō est lapis
ris quidā hō est aiāl
on qdā aiāl nōē lapis

Et reducitur ad ferio:minore cōuersa simpliciter

Hus ꝓlis duab⁹ figuris q̃ habent decem modos
Celare camestres festino baroco:darapti
Felapton disamis datisi bocardo ferison

Primū punctū huiꝰ lcōnis est/q rō gñalis ꝓpōis regule q̄ dicit q in 3ª figura minore exñte negariā nichil sequit̄ est/q3 ex vo sequit falsum Rō speālis ē q3 si sic argueret a ñ distributo ad distributū ex pte maioris extremitatis q̄ in maiori nō distribuerē/eo q est affirmatiua/et tñ in ꝓclōe distribuerē q3 cēt ptū ꝓpōis negatiue Exm sic arguēdo in felapton/ōnis hō est aiāl/nullus hō ē azinꝰ/g̃ q̄dā azinꝰ nō est aiāl/ḧ sunt duo defectus ꝓdicti/sc3 ex veris sequit falsum/et aiāl uō distributū in maiori distribuit̄ in ꝓclōe Et codē mō dar̄ rō 2ª regle/q3 ex vis sequerē flm̄/et arguerē a ñ distributo ad distributū

Scōm punctū q 3ª figura est vt3 sup̄ est in q̄ mediū subijcit in vtraq̄ ꝑmissarū/z iō nō est mediū pōc/sz bñ ꝑiūctione Et hz scr mōs dircē ꝓcludētes sicut pz in textu ¶ Si arguat̄ 3ª figura nō est ponēda/si ē superflua Ihs ꝓbat̄ q3 frustra fit ꝑ plura qd̄ ꝑt fieri ꝑ paucioza/sz q̄libet ꝓclusio ꝑticularis sufficiet̄ ꝑt ꝓcludi in ꝑma figura. s. in darij ferio fapesmo dabitis 2c̄/igit̄ ista superflui ¶ Dico q hz ōnis ꝓclusio ꝑticularis sufficient ꝓcludit̄ in ꝑª figura ꝑm aliq̄s modos ꝓcludēdi/nō tñ quo ad oēs mōs ꝓcludendi.

Terciū punctū q tñ sex sunt modi 3ª figure dircē ꝓcludētes ¶ Dico ät dircē ꝓcludētes q3 ꝑnt eē adhuc tres indircē ꝓcludētes pz q3 ōnis modꝰ potens ꝓcludere dircē ꝓclusionē ꝙuertibilē/etiā ꝑt ꝓcludere indirecte eiꝰ ꝙuertentē Exq̄ sequit̄ q istī tres modi darapti disamis et datisi ꝑnt ꝓcludere ꝙuertētes suaꝫ ꝓclusionē indircē Hz alij tres ñ ꝑnt/q3 ꝑticularis negatiua nō ꝙuertit̄ in suos ꝯios ¶ Si arguat̄ etiā dircē ꝓcludēdo dent̄ esse plures modi vtz sic arguēdo/sortes ē risibilis/sortes ē hō/g̃ hō ē risibil ¶ Dico q ille nō est syllogꝰ simplr sz expositorius/q̄ licet possit fieri in ōni figura/nō tñ fit in aliq̄ mō affirmatiuo/nec in aliq̄ negatiuo/ꝑterq̄ in 2da figura/vt nullꝰ azinꝰ est sortes/aliq̄s hō est sortes/g̃ aliq̄s hō non est azinus/ꝓña tenet in festino/jtē in camestres/ōnis sol ē iste sol/nulla luna ē iste sol/g̃ nulla luna ē sol

Quartū punctū est q oēs modi imꝑfecti ꝑme figure/sc̄dc/et 3ª/ꝑnt reduci dupl̄r ad mōs ꝑfectos. s. ostēsiue et ꝑ impossibile/ꝑter baroco et bocardo q̄ solū reducūt̄ ꝑ impossibile/vñ q reducāt̄ ostēsiue ḧ satis patz in textu quc reductio fit ꝑ ꝙuersionē et ꝑ transpōem ꝑmissarū ad aliquē q̄tuor modoꝝ ꝑfectoꝝ/sc3 q̄ incipiūt a b ad barbara reducūt̄/q̄ incipiūt a c ad celarent 2c̄ Hz nota q q̄nq̄ modi indircē ꝓcludentes ꝑme figure/reducūtur diuersimode ꝑ impossibile Mā baralipton et fapesmo reducūt̄ ad celarēt ꝑ impossibile inferēdo ꝓximū/sz ꝙuertentē maiozis/jtē dabitis ad celarent inferendo ꝓdictoziū minozis sz ꝙuertentē/jtē celārtes ad darij inferendo ꝓdictoziū maiozis/jtē frisesomoꝝ ad darij inferēdo ꝓdictoziū minozis/sz semꝑ ꝙuertētē intellige ¶ Hz in 2da figura ille modꝰ reducit̄ ad modū ꝑme figure/cuiꝰ ꝓclusio ꝓdicit minori eius/jdco ccsare ꝑ impossibile reducit̄ ad ferio Camestres ad darij/festino ad celarent ¶ Jtē in 3ª figura reducere ꝑ impossibile ē sumere oppositū ꝓdictoziū ꝓclusionis cū minoꝛ/z inferre oppositū ꝓdictoziū in tribꝰ modis ꝑticularibꝰ/vel oppositū ꝓximū in modꝰ duobꝫ vltimis/ipius maioris/jdco darapti reducit̄ ad celarent/et felapton ad barbara/q3 ꝓclusiones de istis ꝓximāt maioribꝰ de illis Hz alij reducūt̄ ad modū ꝑme figure/cuiꝰ ꝓclusio ꝓdicit maiori eiꝰ joco disamis reducit̄ ad celarent/q3 ꝓdictozia de celarēt ꝓ

dicit maiori de disamis Et datisi ad ferio Et ferison ad darij/vtz practicanti.

Queritur primo vtrū darapti sit p̄ma formalis ¶ Dico q̄ sic ꝓbaī/ q̄z tenz in ōnibz t̄minis simili forma arguēdi rcteta Et q̄z nō ita cuidenter et manifeste ꝓcludit/ideo ostēsiue reducīt ad darij/et p̄ im possibile ad cclarent vt dcm̄ est ¶ Si arguaī modi pfectiores nō dent re duci ad impfectos/sz darapti et felapton sunt modi pfectiores q̄z darij z ferio igit̄ nō dent reduci ad illos Minoꝛ ꝓbaī q̄z isti sunt modi vles/illi sunt modi pticulares/sz vles sunt modi pfectiores pticularibz ¶ Dico modi vles sint pfectiores in eadē figura q̄z pticulares/nō tm̄ in diuersꝫ figuris Nōi em̄ pticu lares in p̄ma figura sunt pfectiores mod̄ pticularibꝫ in alijs figuris/eo q̄ eui dētius ꝓcludūt ¶ Si arguaī ꝓclusio dēt esse silis alicui p̄missarū/vt pz ꝑ mo poꝛ/sz in istis duobz mod̄ sz darapti felapton/ꝓclusio ē dissimilis vtriq̄ p̄missarū/q̄z cōclusiones sunt pticulares/et ābe p̄misse sunt vles ¶ Dico q̄ ꝓclusio dēt ee silis alicui p̄missarū in q̄litate/et ita intelligit pḣus/et nō opz in q̄titate ¶ Arguit̄ nō seq̄t in darapti/oēm hōiez ē rōnale est nccē/oēm hoiem ce aiāl est nccē/ḡ aiāl esse rōnale est nccē/jbi p̄misse sunt vere z ꝓclusio falsa/igit̄ darapti nō est p̄ma formalis/q̄ ꝓclusio sit falsa ꝓbaī/q̄z rōnale p̄tur de aiāli ꝓtingēter et p̄tione accīntis ¶ Dico q̄ rōnale nō p̄tur simplr ꝓtingē ter de aiāli/sz solū ꝑm q̄d/sta q̄ ꝑm aliq̄d inferius/cui ꝓtingenter accidit/cꝰmōi est illud indiuiduū vagū aiālis q̄d postea recipit aiām rōnalē/jā talis ꝓtingētia ꝑm q̄d/bn̄ stat cū absoluta nccitate/imo ꝓtingētia p̄ti de sbto ad q̄libz sup̄m stat cū necessitate absoluta Sicut pz de ista ꝑm mentē pḣi/oēm hoiem ce aiāl est nccē/ipa em̄ ē nccia/et tm̄ de quolibet singulari p̄tū dr ꝓtingenter/q̄uis nō dr ꝓtingēter de illis singlib⁹ cū cōstantia eoꝝ/ḣ est supt° q̄ sint/sicut req̄rit̄ ad p̄cōem necessitatis ¶ Vel dr q̄ ꝓclō aiāl ce rōnale est nccē/est nccia grā hōis quē ꝓstituit aiāl Et ē ꝓtingēs q̄tū est ex natura aiālis in cōi/q̄z nō implicat rō nale ab ce aiāli q̄tū est ex natura cōi Sz q̄ sibi nccio inest/hoc est ex eo q̄ aiāl nccio inest hōi/cui etiā nccio inest rōnale/jā nccitas grā alterius/et cōtingētia grē nature ꝓprie/stat bn̄ simul De isto etiā dictū est supra in scdo tractatu in q̄rto argumēto q̄stionis q̄nte/vtrū gen⁹ possit p̄ri de suis differētijs in fine lcō nis sexte ¶ Si arguaī adhuc nō seq̄t Oīnis hō vel azin⁹ est risibilis/ōnis hō vel azin⁹ est rudibilis/ḡ rudibile ē risibile ¶ Dico q̄ maioꝛ p̄t esse ypoca disiūctiua va/sz syllo⁹ nō vz q̄z ex ypothecicis nō fit syllo⁹ cathegoric⁹ Aut ē vna cathca de disiūcto sbiecto/aut ḡ totū distribuit̄ tūc est bonus syllo⁹/sz sicut ꝓclusio ē falsa/ita ābe p̄misse Si ptē disiuncti distribuit/tūc male sumit̄ totū disiunctū in minori/q̄z ꝑcise debet sumi in minori q̄d distributū est in ma iori Oīs deberet tūc sic argui/ōnis hō vel azinus est risibilis/ōnis hō est rudibi lis ꝛc/et tunc minoꝛ est falsa.

Queritur scdo vtrū ōnis syllo⁹ sit in aliq̄ triū figuraꝝ ¶ Dico q̄ sic vt ꝑ baī p ꝑḿ p° poꝛ oīdēt̄ ḣ de syllō ostēsiuo/et de syllō ex ypothesi et cⁱ⁹ spēb⁹ ¶ Arguit̄ si ōnis syllo⁹ fieret in aliq̄ triū figura rū sequeret̄ q̄ ōnis syllo⁹ fieret in p̄ma figura/vel ōnis in scda vl' z^a q̄d est fal sum Sequela ꝓbaī q̄z idē videt̄ dictu/ōnis syllo⁹ fit in aliqua triū figurarū/ ergo ōnis syllogism⁹ fit in p̄ma figura/vel ōnis fit in secūda vel tercia

¶ Dico q̄ ista ōnis syllo⁹ fit in aliq̄ triū figuraꝝ equalet huic cathe^ce de dis/iucto ꝓto ꝑ Ōnis syllo⁹ fit in ꝓma vel 2ª/vel 3ª figura/q̄ꝫ ypo^ca disiuctiua vt assumit in argumto nō sit ṽa ¶ Et si dicaꝫ in ista ōnis syllo⁹ fit in aliq̄ triū figuraꝝ/ibi figura suppo.nit determiate ꝓpter signū ꝑticulare p̄cedens/g̃ opz ꝑ/põem esse verā ꝓ vno determinato suppositō figure ¶ Dico q̄ figura non supponit determiate/sz ꝓfuse tm̄ Et licet ponaꝫ signū ꝑticulare/tm̄ illud nō variat suppōez in spē/licet bñ in gñe//ideo nichil referrt si dicaꝫ/ōnis hō est aliqđ aiāl/vel ōnis hō est aiāl Et ita figura supponit h̄ ꝓ tribz figuris disiuctim ꝓfuse tm̄

¶ Si arguaꝫ nō ōnis syllo⁹ fit in ꝓma figura/et nō ōnis fit in scđa/nec ō/nis fit in 3ª/g̃ nō ōnis syllo⁹ fit in aliq̄ triū figuraꝝ/ꝓña tenz a sufficienti induc tione ¶ Dico q̄ nō arguit penes sufficientē inductionē/sz ibi ꝑmittit falla^a figure dictionis/arguēdo a plibz determinatis ad vnā determinatā/vñ in ꝓpōibz sumptis ꝓ añte/ille ti⁹ syllo⁹ hz diuersas suppōes determinatas/z in ꝓnte habz vnā suppōez determinatā/rcē sicut si arguit/q̄dā hō nō est in isto loco/et q̄dā hō nō est illo loco z sic dcalis/g̃ q̄dā hō nō est in loco/licet em̄ h̄ inducāt oīa sup/posita ꝑti/nō tm̄ respcū ciusdē suppositi sBiecti/et in ꝓnte denotāt oīa suppo^ca ꝑti remoueri ab eodē suppositō sBiecti ꝓpter suppōez determinatā sBiecti/ex q̄ ti⁹ supponēs determinate hz reddere loquuciōnē verā ꝓ vno determiato singula/ri/vel dr et breui⁹ q̄ ibi arguit ab inferiori ad supius cū distributione/et sic est ibi fallacia ꝓntis ¶ Si ar² 3° in nulla figura fit ōnis syllo⁹/g̃ ꝓ ꝙuersionē simplicē/null⁹ syllo⁹ fit in aliq̄ figura/z ꝓ ꝓns male dcm̄ est q̄ ōnis syllo⁹ fit in aliq̄ triū figurarū ¶ Dico q̄ nō bñ ꝙuertit/sicut in sil'i ñ seq̄t/in nulla domo ē ōnis hō/g̃ nullus hō est in domo Hz oēs tales vles negatiue quaꝝ ꝑta suppo nūt ꝓfuse tm̄/dcīt ꝙuerti in vles negatiuas sBto supponēte ꝓfuse tm̄/q̄ bus supposuit ꝓfuse distributiue/vt ista in nulla domo ē ōnis hō/dēt ꝙuerti in hāc ōnis hō nō est in ōni domo/q̄ equalet huic/ōnis hō in aliqua domo nō est Si/militer in ꝓposito ista in ōni figura fit ōnis syllo⁹/dēt cōuerti in hanc Ōnis syllo⁹ fiens nō est in ōni figura.i.ōnis syllo⁹ fiens in aliq̄ figura nō est/z ibi cō uertens est vera sicut ꝙuersa.

Arguitur primo cōtra darapti nō seq̄t/ōnis hō est albus in casu possi/bili/ōis hō inc̄ꝛtū hō est risibilis/g̃ q̄dā risibile inc̄ꝛ tū risibile est albū/ꝓmisse sunt vere et ꝓclusio falsa ¶ Dico negādo ꝓnam et rō est q̄ ibi male ꝓcludit/et nō ꝟuaꝫ septima cautela Nā illa reduplicatio inc̄ꝛ tū nō debz poni in ꝓclusione/q̄ ē determinatio medij/mō sicut medium nō intrat ꝓclusionē/ita nec sua determinatio/dz g̃ sic ꝓcludi/g̃ q̄dā risibile ē albū Aut dz i ꝓclusione cū implicatione poni ad sBtū ꝓclusionis/vt q̄dā risibile inc̄ꝛtū hō est albū ¶ Replicaꝫ h̄ ar² fine reduplicatione et tm̄ nō seq̄t Cui⁹libet ꝓdic tionis altera ps est ṽa/cui⁹libet ꝓdictionis altera ps est falsa/g̃ falsum ē verū ¶ Dico q̄ plus subijcit in minori q̄m distribuebaꝫ in maiori/q̄ nō debet fieri in 3ª figura/q̄ in maiori distribuit solus obliquus et rectus sup' ꝓfuse tm̄

Arguitur secūdo nō seq̄t in felapton Null⁹ hō est gen⁹/ōnis hō ē aiāl/g̃ aiāl nō est gen⁹/ꝓclusio ē falsa et ꝑmisse sunt vere/g̃ nō valet ꝓna in felapton ¶ Dico q̄ nō ꝟuaꝫ scđa cautela/q̄ aiāl tenet alit et aliter in minori et ꝓclusione/q̄m mutaꝫ gen⁹ suppōis/aiāl em̄ in minori sup'

ꝑsonaliter/et in ꝯclusione simplr ¶ Replicaꝛ hic nō est mutatio suppōis ex ꝓpte li aiāl/ꝓbo qꝛ aiāl in minori est ꝑtū vlis affirmatiue/ꝯ supponit simplr vt patz ꝑ auctoꝛē nrm in tractatu suppōnū/et etiā supponit simplr in ꝯclusione/igit nō mutaꝛ genꝰ suppōnis ¶ Dico ꝙ aiāl supponit in minori ꝑm viam nōialiū ꝯfuse tm ꝑsonalit/et in ꝯclusione simplicit ¶ Quid tūc ad auctoꝛē nr̃m ¶ Dico ꝓ excusatione sua ꝙ suppō simplex ꝑm ipm hz multos gradꝰ Et ꝙ scds gradꝰ suꝰ quē ponit/coincidit cū suppōe ꝯfusa tm ¶ Si arꝛ adhuc n̄ seqꝛ/nullū hoiē vidꝫ azinꝰ/oēm hoiem videt equus/ꝯ equus nō videt azinū ꝯclusio in casu ē vera ꝑmissis exīntibꝰ falsis ¶ Dico ꝙ male cōcludit/qꝛ extremitates totales nō ꝑnt̄ur de scinuicē in ꝯclusione/scd deberet sic cōcludi/ꝯ aliq̄d videns equū nō est videns azinū

Arguitur tercio nō seqꝛ in disamis/aliq̄s hō est mortuꝰ/ōnis hō est viuens/ꝯ viuens ē mortuū ¶ Dico ꝙ ibi nō ꝫuaꝛ quinta cautela/qꝛ hō in minori āpliaꝛ ꝓ ꝑntibz et ꝑteritis/in minori solū stat ꝓ ꝑntibꝰ ¶ Replicaꝛ hic ꝫuaꝛ āpliatio/et tm̄ nō seqꝛ Alicui hōi ineſt sanitas/ō ni hōi ineſt albedo/ꝯ albedo est sanitas ¶ Dico ꝙ male ꝯcludit̄/nā deberet sic ꝯcludi/ꝯ cui ineſt albedo ineſt sanitas Sil'e est cū arꝛ Al quodā hōie videt equꝰ/ab ōni hōie videt lapis/ꝯ a quodā lapide videt equus Male ꝯcludit̄ qꝛ deberet sic ꝯcludi/ꝯ a quo videt lapis videt equus

ſolum ꝓ eo qui ſedet tũc eſt diuiſa vera. qz poſſibile eſt eum qui ſedet poſtea ã bulare: & tunc dcm̃ debet ꝓferri ꝓlatione diſcõtinua & facit modalem diuiſam ¶ Sed contra iſtos arguũt multe ſunt ꝓpões modales q̃ diſtingũt ꝑm ſenſus ꝯpoſitũ. vbi dcm̃ ſupponit ꝓ ſe toto. & ꝑm ſenſum diuiſus vbi dcm̃ ſupponit ꝓ pte Jn quib⁹ ſ̃Btum dicti non põt ibi capi ꝓ mãli & formali/vt hic: te pl'a ſcire q̃ ſcis eſt poſſibile. nam ſol⁹ termin⁹ ꝓcret⁹ accñtal' ꝑt ita capi Ergo iſte mod⁹ dicendi ñ eſt ſufficiens ꝯ deo aliter dicendũ eſt ¶ Dn̄ tũc dcm̃ ſupponit ꝓ ſe to/ to: q̃ totum dcm̃ ꝓcedit copulam & modum. vel ſequit̃ ipam̃ copulam & mo⁹ vt hic ſedentem ambulare eſt poſſibile/vel hic/poſſibile eſt ſedentem ambula re Et tũc ſupponit ꝓ pte ſua. quando dcm̃ diuidit̃ ꝑ modũ & copulam. Jta ꝙ ſubiectũ dicti ꝓcedit & ꝑtum ponit̃ in fine: vt hic/ſedentem poſſibile ẽ ambula re Et ꝯ hoc dcm̃ ſupponere ꝓ pte ſua/quia ſ̃Btum dicti habz ſuam ſpãlez ſup poſitionem non in ordine ad ſpm̃ ꝑtum nec ſimul cũ ꝑto. ¶ Sed q̃ dcm̃ ſup/ ponit ꝓ ſe toto: tunc neutra ꝑtium hz ſpãlem ſuppõez. ſed totum dcm̃ ſuppo/ nit materialiter ꝓ propõne de ineſſe cui equiualet: vt ſedẽtem ambulare ẽ poſ ſibile: ſenſus eſt ꝙ tal' ꝓpõ ſedens ambulat eſt poſſibilis: & hoc ẽ magis ꝓprie capiẽdo totum & ptem: qz dcm̃ quando ſupponit materiall'r ſupponit ꝓ ſe to/ to/q̃ vero pſonal'r diuiditur a ꝑto dicti & ſupponit ꝓ pte ſua

Queritur ſecũdo que ſunt ille ſex alie regule ꝑm ockam de ꝑmo mo/ do fallacie amphibologie. que ideo hic ponunt̃ q̃m tam magnam habent ꝙuenientiam cũ fallacia ꝓpõnis & diuiſionis. vt a multis dicũt oz̃ones eaz̃ eſſe diſtinguende ſcõm ꝓpõem & diuiſionem. ¶ Dico ꝙ ꝑ⁹ regula eſt iſta: quando ꝙiũctio vel/ponitur inter duos vel plures termiños illa ꝓpõ eſt diſtinguenda/ex eo ꝙ ꝑt eſſe diſiũctiua & tũc diſiũgit inter ꝓpões & ẽ ypoᶜ⁹/vel diſiũgit inter terminos & ẽ cathecᵃ⁹. vt omis hõ eſt ſan⁹ vel eger. vn⁹ ſenſus eſt/omnis homo eſt ſan⁹ vel omis homo eſt eger que ẽ falſa Jli⁹ ſenſus eſt de qnolibz homine ꝺz hoc ꝑtum diſiunctum ſanus vel eger

¶ Secunda regula eſt q̃ ꝙiũctio et/ponitur inter duos termios. illa ꝓpõ eſt diſtinguenda: eo ꝙ ꝑt eſſe ypotetica copulatiã/vl' cathegozica de copulato ex tremo: vt iſti ſunt ſortes vel plato/demrãtis ſorte & platone Dn⁹ ſenſus ẽ: iſti ſunt ſortes/& iſti ſunt plato: qõ eſt falſum Jli⁹ ſenſus eſt: jſti ſunt iſti homines/ qõ eſt verum ¶ Tercia regula eſt quando iſta ꝙiũctio ſi po⁹ inter duos terminos illa eſt diſtinguenda: eo ꝙ poteſt eſſe ypoᶜ⁹ ꝓditional'/vel cathecᵃ⁹ de conditionato extremo: vt omne aiãl ſi ẽ rõle eſt homo Dn⁹ ſenſus eſt: ſi omne aiãl ẽ rõnale/omne aiãl eſt homo: qõ eſt vez Jli⁹ ſenſus eſt. de quocũq; ꝺ⁹ hõ ꝑtum aiãl ſi eſt rõnale: de eodem ꝺ⁹ hõ ꝑtum homo qõ ẽ ſtlim: nam de aſino ꝑt⁹ hõ ꝑtum aiãl ſi eſt rõnale: & tñ de aſino no n ꝑtur homo: ꝑ hũc modũ ſoluit̃ Dome verum ſi ẽ nccm̃ ẽ vez: te eſſe aſinũ eſt verum ſi ẽ nccm̃/g̃ te eſſe aſinũ ẽ veruz. Maioz eſt diſtinguenda eo ꝙ ꝑt cẽ ypotetica ꝓditional' tũc eſt vera: ſz diſcur/ ſus non valz: qz ex tali ꝓditionali & cathecᵃ⁹ nõ ſeq̃tur ꝓ⁹ cathecᵃ⁹ Vel põt cẽ de ꝓditionato ſ̃Bto tũc bene ſequit̃ ꝓ⁹ ſed maioz eſt falſa.

¶ Quarta regula q̃ hec ꝙiũctio quia. po⁹ inter terminos illa ꝓpõ eſt diſtin/ guenda. eo ꝙ ꝑt eſſe ypoteᶜ⁹ cauſal': vel cathecᵃ⁹ de cauſali extremo: vt ſol quia dies fit oz̃it: vn⁹ ſenſus eſt/qz ſol oz̃it dies fit: qõ eſt verum Jli⁹ ſenſus. qz dies fit ſol oz̃it ita vt diem fieri ſit cauſa ortus ſolis. qõ eſt falſum. ſed econuerſo ſo lem oz̃iri eſt cauſa diei ¶ Quinta regula quando aliquod aduerbium tempa/ le ponit̃ inter terminos illa ꝓpõ eſt diſtinguenda. eo ꝙ põt eſſe ypoᶜ⁹ tpalis

vel cathe^{ca} de tempali extremo: qñ custos pulsat curat^{9} cantat:

¶ Sexta regula qñ aliquod aduerbiū locale ponit inter duos terminos: illa ē distinguēda eo q̄ potest esse: vna local'. vel de locali extremo: vt vesper^{9} ozit^{2} vbi sol occidit ¶ Dicūt multi etiam doctissimi tales oz̄ones esse distinguen/das ꝑm ꝓpōem ⁊ diuisionem/⁊ nō ꝑm amphibologiam/siue iliō dcm̄ sit verus siue falsum' Non obstat q̄ sint distinguende ꝑm amphibologiaz: qz difficile v' impossibile est cum talib^{9} ꝓcipe diuersos sensus ꝓpter solam pūctationē eā rūdem dcōnuz sb eodem ordine ꝓlatax Ideo sciēdum ē ꝙ isto ꝑmo mō am/phibologie ⁊ ꝙ alijs/q̄ in assignādo diuersos sensus alic^{9} oratiōis multiplicis ꝑm amphibologiam: nō debent assignari illi sensus sb eisdem dcōnib^{9} ymmo sb diuersis. ⁊ hoc ꝙ ꝑditionē: vel ꝙ diminutionem: vel ꝙ trāsūptionē sicut do/cet boeci^{9} in libro diuisionū: vt audio troianos vicisse romanos: sensus ꝑt sic assignari ꝙ additionem: vinci audio troianos/romanos vicisse Per diminutio nem sic. Audio romanos vicisse: ꝙ transmutationem sic. audio q̄ romani vice rūt troianos Per diuisionem sic: romani vicerūt: ⁊ troiani victi sunt. hec ockā in loyca sua.

Arguitur primo Contra ordinem fallacia accēt^{9} debet p̄cedere fal lacias ꝓpōnis ⁊ diuisiōis. ꝉgitur ordo ē mal^{9} Añs ꝙ bat' qz fallacia accent^{9} peccat penes multiplex potentiale dcōnis: ⁊ ista penes multiplex potentiale oz̄onis: sed dictio precedit oratiouem ergo ⁊c. ¶ Dico negando ꝓñaz: quia fallacia compositionis ideo p̄cedit fallaciam accentus. qz in ipsa est maior causa apparentie q̄ in fallacia accent^{9}. qz in fallacia accēt^{9} est causa appnite ꝑm longitudinez ⁊ breuitatem sillabax que magis notat' q̄ di/uersa situatio cum diuersis ptib^{9}. ¶ Replicatur. fallacia eq̄uocationis p̄cedit amphibologiam: eo q̄ ipsa fit in dcōne ⁊ amphibologia fit in oz̄one: g̃ a simili fallacia accent^{9} que fit in dcōne debz p̄cedere fallaciā ꝓpositionis que fit in o/ratione ¶ Dico q̄ fallacia equiuocatōis p̄cedit āphibologiam/nō solū quia fit p̄dcōem sed etiam qz habz cām magz apparentem: qz vnitas dcōnis magis mouet ad credendū q̄ vnitas oz̄onis: qm̄ dcō est magis vna q̄ oratio

Arguitur secūdo Fallacia ꝓpōnis nō distinguit' a fallacia diuisionis ꝉgitur male de' ea fit spāl' mentio Añs ꝙbat' qz causa apparentie ꝓpositionis non distinguit' a causa apparentie diuisiōis. ergo nō distinguūtur ille fallacie: ꝓña tenet/qz fallacie distinguūt' penes causas apparē/tie. Añs ꝙbatur quia causa apparentie vtriusq̄ est ydemptitas oratiōis com posite ⁊ diuise ꝑm sb̃iam ¶ Dico q̄ licet habeant eandem causam apparen tie generalem: habent tamen diuersas causas apparentie speciales/quia in fal/lacia compositionis causa apparētie ē oratio diuisa vera habens ydemptita/tem cum ꝓposita falsa Et cā apparentie in fallacia diuisionis: est oz̄o ꝓposita vera/habens ydemptitatem cum diuisa falsa ¶ Replicat' Verum ⁊ falsuz ha bent se sicut ens ⁊ non ens: sed ens ⁊ non ens nullam habent ydemptitatem in ter se: g̃ oratio diuisa vera/non habz ydemptitatem cū ꝓposita falsa. nec eō. ct ꝙ ꝓña solutio falsa ¶ Dico q̄ licz verum ⁊ falsum incomplexa/similiter ens ⁊ non ens incomplexa/nō habeant ydemptitatem inter se: tamen verū ⁊ fal/sum complexa habent ydemptitatem inter se: non q̃dem formalem sed mate/rialem: vt quicūq̄ scit lr̃as nunc dicit illas siue sit vera siue falsa. materia est eadem. ꝉ dictiones sunt eedem

Arguitur tercio Plures sūt modi hꝰ fallacie q̄ duo: ſgiť auctor nr̄ ē diminut⁹ ¶ Añs ꝓbať qz multi sunt palogiſmi/ qui fūt p̄hoc q ꝓiūctio p̄t copulare inter terminos ⁊ inter ꝓpōes. de qb⁹ nulla fit mēnſio in textu. ſgiť terci⁹ modꝰ ē ponēd⁹: ¶ Dico/q tales palogiſmi redu cūtur ad p̄mū modū vt dcm̄ ē in ſcdo pūcto ¶ Replicať p̄m⁹ modꝰ hꝰ fallacie eſt/qñ dcm̄ p̄t ſupponere ꝓ ſe toto vel ꝓ pte ſua. ſz qñ ꝓiūctio ꝓiūgit inter terminos aut int̄ ꝓpōes: ibi nullū ē dcm̄ ſupponēs ꝓ toto vel pte: ḡ tales palogiſmi nō p̄nt ibi ꝓphendi ¶ Dico q ꝓpter iſtud motiuū multi docti ponunt tercīū modū ſz dz qz pe. hyſ. vult q tunc ē p̄m⁹ modꝰ hꝰ fallacie. qñ vna determiā° diuerſimode determinat ſuū determinabile ⁊ hꝰ fit du². Pno mō qñ dcm̄ ſupponit ꝓ ſe toto vel ꝓ pte ſua Alio° qñ ꝓiūctio p̄t ꝓiūgere inter terminos aut inter ꝓpōes Otrobiq̄ eī vna determina° diuerſimode determiāt ſuū determiabile

Arguitur quarto Dzim⁹ modꝰ non diſtinguiť a ſcdo modo. ſgit² non ſunt duo modi fallacie ꝓpōnis Añs ꝓbať nā cuz dico ſedentem ambulare ē poſſibile: qñ modꝰ ibi determinat dcm̄ captū ꝓ ſe toto: ⁊ qñ determinat dcm̄ captum ꝓ pte ſua: tūc vna determiā° fertur ad diuerſa determiabilia/qz ps ⁊ totū dr̄ñt/ḡ° p̄m⁹ modꝰ nō differt a ſcdo mō. ¶ Dico q modꝰ non ferť ibi ad diuerſa determinabilia: ſz ad vnū determiābile diuerſimode captum: qz modꝰ ſemp determiāt idem dcm̄ ſz qñq; ꝑm ſe totum: qñq; ꝑm ſuam ptem ¶ Replicatur totū ⁊ ſna ps diſtinguūť realr vtz de picte ⁊ domo. ḡ totū dcm̄ ⁊ ps dicti diſtinguūť/⁊ p ꝓns adhuc vna determiātio ferť ad diuerſa determiabilia ¶ Dico lz totum integrale ⁊ ſua ps integrale diſtinguāť realr: non tamē totum in mō ⁊ ſua ps ſicut hō/⁊ homo alb⁹/nō diſtinguūť niſi ſicut ſupi⁹ ⁊ infer⁹: nam homo ē de rōne hōis albi ita ē in dcō/nam cū dico ſedentem ābulare: valz iſtam ſbām: ſedentem ambulare ſit ita ſbiā ē de rōne ſbie ſeu ſbiecti ſedētis ¶ Vel dicit ſic q licet dictum captum ꝓ toto ⁊ dcm̄ ꝓ pte ſua ſint diuerſa determiābilia formaliter. non tñ ꝑm vocem ⁊ materialr

De fallacia diuiſionis. Quid ſit diuiſio dictum eſt prius Fallacia diuiſionis eſt ꝓdoneitas decipiendi proueniens ex eo q oratio aliqua compoſita eſt vera: ꝫ diuiſa falſa: vna ꝫ eadem manens ſcm̄ materiam differens ſcm̄ formam: que creditur eſſe vera in ſenſu diuiſo. eo q veritatem habet in ſenſu cōpoſito Cauſa apparentie huius fallacie eſt materialis vnitas compoſite vere: cum diuiſa falſa Cauſa defectus eſt diuerſitas ſenſus diuiſi a ſenſu compoſito Huius fallacie ſunt duo modi

Primus modus prouenit ex eo q aliqua coniūc-

tio potest copulare inter terminos vel inter propositi ones Et scom istum modum paralogisatur sic Quecū qꝫ sunt duo ⁊ tria: sunt duo ⁊ tria. sed quinqꝫ sunt duo ⁊ tria: ergo quinqꝫ sunt duo ⁊ quinqꝫ sunt tria.

Ad hoc dicendum qꝫ minor est duplex: quia hec coniūc tio et potest coniūgere inter terminos. vel inter propo sitiones. Si inter terminos. sic est composita vera. et est sensus. duo ⁊ tria insimul iuncta faciunt quinqꝫ Si inter propositiones tūc est diuisa falsa. Et est sensus qꝫ quinqꝫ sunt duo per se. ⁊ quinqꝫ sunt tria ꝑ se quod ē fal tum Similiter hic. Quecūqꝫ sunt duo ⁊ tria sunt pa ria ⁊ imparia: quinqꝫ sunt duo ⁊ tria. ergo quinqꝫ sunt paria ⁊ imparia Dicendū qꝫ minor est duplex quia ibi et potest copulare inter terminos. tunc est compo sita vera. ⁊ est sensus Quinqꝫ sunt duo ⁊ tria insimul cō iuncta Vel copulat inter ꝓpōes. sic est diuisa falsa. Et est sensus quinqꝫ sunt duo: ⁊ quinqꝫ sunt tria. qō ē falsū

Similiter hic. Omne animal ē rationale vel irra tionale. sed non omne animal est rationale. ergo om ne animal est irrationale Dicendum qꝫ maior ē duplex eo qꝫ li vel potest coniungere inter terminos ⁊ sic ē cō posita vera: vel inter ꝓpōnes. sic ē diuisa falsa.

Similiter hic Omne animal est sanuꝫ vel egrum. ꝯ non omne animal est sanū ergo oīe aiāl ē egrum.

Similiter hic. Omnis substantia ē corporea vel in corporea Item omnis linea ē recta vel curua Omnis numerꝰ est par vel impar Vnde omnes iste sūt ve: si cō iūctio cōiungit inter tōs. ⁊ tūc sūt cōposite. Si cōiūctio coniungit inter propōnes tūc sunt diuise false. Quia

coniūctio per se ꝛ primo est coniūctiua partium oro-
nis: ꝛ ex cōsequenti ipsa coniūgit oronem cū orone

Secundus modus fallacie diuisionis que pue-
nit ex eo: qp aliqua determinatio potest referri ad di-
uersa determinabilia vt hic. Quo vidisti hūc percussū
hic percussus est: sed oculo vidisti hūc percussum: ergo
oculo hoc percussus est Dicendus qp minor est du
plex: quia iste ablatiuꝰ oculo: pōt determinare hoc par
ticipium percussus: tunc est diuisa falsa. ꝛ ē sensus. tu vi
disti hunc percussum oculo ꝛ sic sequitur conclusio. vel
potest determinare hoc verbum vidisti. ꝛ sic est com-
posita ꝛ vera: ꝛ tunc sensus est: tu vidisti cū oculo hūc
percussum: sed tūc non sequitur cōclusio

Primū pūctum huiꝰ lectionis ē qp fallacia compositionis p̄cedit fal
laciam diuisionis: qr in ea est maior causa apparen
tie cꝫ in fallacia diuisiōis. hoc ꝓbar̄/ quia maior apparentia est qp illa oratio sit
vera in qua ptes ordinant p̄m situm magis debitum: cꝫ in qua ptes ordinant²
p̄m situm minꝰ debitū. Mō in fallacia ꝓpōnis ptes ordinār̄ p̄m situm magꝫ de-
bitum/ ꝛ in diuisiōe p̄m situm minꝰ debitū: vt patuit sup̄ Dñ qđ sit fallacia di-
uisionis que cā appntie: ꝛ q̄ causa defecꝰ patet in textu

Secundū pūctum. qp oratio ꝓposita ꝛ diuisa differunt inter se dupl'r pº
qr in oronē composita ptes ordinant²p̄m situm ma
gis debitum. hoc ē p̄m situm in quo de vtute sermonis magis accipiūt Cꝫ in o
ratione diuisa ptes ordinār̄ p̄m situm minꝰ debitum/ hoc ē p̄m situm in quo de
vtute sermonis non debent accipi

Scdo dñt ex modo ꝓsecudi: nam oro composita ꝓfertur ꝓlatione ꝓti-
nua Et oratio diuisa ꝓfertur ꝓlatione discōtinua/ diuidēdo ptum dicti a sbto
dicti: vt dicendo Omnis ꝓpositio vera est: Si vera ponatur in sbto: tūc oro
est diuisa ꝛ vera ꝛ tūc debet ꝓferri ꝓlatione discōtinua pausando post li vera
Sed si ly vera se tenet ex pte ꝑti: tunc erit composita falsa ꝛ ꝓferri ꝓlatiōe
ꝓtinua Et qp tunc fit ꝓposita qr ptes ordinant² scdm situm magis debitū

Tercium pūctuꝫ qp hic resumendū est notabile positū in fallacia ꝓpo
sitionis scꝫ qñ oratio aliqua est vera in sensu diuiso.
ꝛ illa eadem falsa in sensu composito. tunc p eam fit fallacia ꝓpōnis Exēplum
vt quicūqꝫ scit litteras nunc/ bibicit illas/ pausando pº nunc: est diuisa vera: sed
continue proferendo ē ꝓposita falsa Item quando oratio aliqua est falsa.
in sensu diuiso/ ꝛ illa eadem est vera in sensu composito: tunc p eam fit fallacia
diuisiōis: de qua hic ē ad ꝓpositū: vt omis ꝓpō est vera vel falsa. omis numē
rus est par vel impar Album ēē nigꝝ est impossibile. que omnes in sensu diui-

so sunt falsc sicut iam patebit

Queritur primo Quis est prim⁹ mod⁹ vel prima spēs fallacie diui sionis. ¶ Dico ꝑm⁹ mod⁹ est qñ vna ꝛ eadem determinatio diuersimode dictiāt idem determiābile Et cōtinet iste mod⁹ duos ſB sc: Pn⁹ est qñ aliqua ꝓiūctio ꝑt copulare inter termiōs vel inter ꝓpōes. de quo mō auctor nr̄ ponit in textu septem exempla. que eodē penit⁹ mō distinguūtur ꝛ soluūt̄ Ali⁹ mod⁹ ē qñ aliqō dcm̄ supponit ꝓ se toto vel ꝑ ꝑte sua: ꝑm quē modū palogisatur sic. Omne qd̄ est impossibile esse albū impossibile est recipe albedinem: sz nigrū esse albū est impossibile: g̃ nigr̄ recipe albedinez est impossibile. ꝓns est falsum ¶ Solutio minor est dupler. qz illud dcm̄ nigr̄ esse albū /ꝑt diuersimode determinari ꝑ hūc modū impossibile Nam si impossibile determiāt illud dcm̄ captū ꝓ se toto. vt scz ſBtum dicti sumat̄ ꝓ materiali ꝛ formali simul: tūc est ꝓpositio vera ꝛ non sequit̄ ꝓclusio sed ꝓmittēs hec fallacia Alio° ꝑt determiāre dcm̄ captū ꝑ ꝑte sua .ſ. vt ſBtuz dicti capiatur ꝓ materiali tm̄: tūc ē diuisa falsa/ꝛ bñ sequit̄ ꝓclusio.

¶ Similiter distingūtur iste sedentē ambulare est impossibile ꝟ iustū esse iustum est impossibile Albū esse colorat̄ est nccm. albū nō esse nigrū est nccm. q̄ omnes in sensu diuiso sunt falsc/ꝛ in sensu composito sunt vere.

¶ Similiter hic. Quicq̄d̄ est tantūdē ꝛ amplius: est equale alteri. sed alteri maiori magis est tantūdem ꝛ amplius. ergo magis alteri est equale. ꝓns est falsuz.

¶ Solutio minor cſi dupler Nam ly et potest ꝓiūgere inter terminos: ꝛ determinare illa que ꝓiūgit tanq̄ partes vnius quantitatis: ꝛ sic minor est composita vera ꝛ non sequitur ꝓclusio Vel pōt ꝓiūgere inter ꝓpōnes/ꝛ determinare ea q̄ ꝓiūgit tanq̄ diuersa ꝑta pluriū ꝓpositionū/ꝛ sic minor est diuisa ꝛ falsa ꝛ sequitur ꝓclusio Et econtra dicendum est de maiori.

¶ Similiter omne animal est sanū vel egrum: sed non oñe animal est sanū: g̃ omne aiāl est egrū. hec ꝓiūctio vel potest copulare inter terminos vel ꝓpositiones Si ꝓpōnes: tunc est diuisa falsa. quia est vna ypotetica disiūctiua cui⁹ vtraq̄ ꝑs est falsa / ꝛ tunc bene arguit̄ a tota disiūctiua cum destructione vni⁹ ꝑtis ad alteram Si vero ꝓiūgit inter terminos: tunc est ꝓposita vera: sed tūc male arguitur qz maior ē vna cathc^a de copulato ꝑto

Queritur secūdo. Quis est secūd⁹ modus fallacie diuisionis ¶ Dico secūd⁹ mod⁹ est qñ aliqua determinatio potest determinare diuersa: de quo Auctor non ponit nisi vnū exēplum. Vel etiam est qñ idem determinabile determinat̄ a diuersis dctiātiōib⁹ Et scd̄m hoc sic palogisatur Nullus hodie natus fuit heri: homo decem annor̄ est hodie natus. ergo homo decem annor̄ non fuit heri Minor est dupler. quia hoc aduerbiū hodie potest determinare nat⁹: ꝛ sic est diuisa falsa: ꝛ bene sequit̄ ꝓclusio. Vel potest determinare hoc verbum est. sic est composita vera ꝛ non sequit̄ ꝓclu°. Quare est tūc composita Dicitur quia aduerbium magis natum est determinare vbū q̄ ꝑticipiū ¶ Similiter hic: quorūcūq̄ virorū achilles reliquit centū in bello erant centum ꝛ amplius. sed quadraginta virorum centū reliquit achilles in bello. ergo quadraginta erant centum ꝛ amplius: ꝓns est falsum. Minor est dupler/qz ille genitiu⁹ vir̄ potest determinare illud adiectiū centum. sic q̄ ambo sint genitiui casus ꝛ regantur a quadraginta sic minor est ꝓposita vera. quia sensus est q̄ achilles reliquit quadraginta viros ex centum: ꝛ non sequit̄ ꝓclusio. Vel potest determinare illud adiectiū quadraginta. vt ambo regant̄

a centum ꝛ sic est diuisa. quia dictio recta p̄cedit dictionem regentem: ꝛ est falsa. ꝛ sequitur cōclusio. quia tūc est sensus q achilles reliquit centum viros ex quadraginta. quod est impossibile

¶ Similiter hic. quemcūq; posui seruū ille est seruꝰ. sed posui te seruuꝫ entem liberum. ergo tu es seruꝰ liber quod implicat ¶ Minor est duplex: quia illa determinatio entem. j. existentem. potest determinare illam dcōem seruū. ꝛ sic ē sensus compositus ꝛ verus. quia valet istam: posui te existentem seruuū liberum. Alio modo illa determinatio entem/ potest determinare hanc dictionem liberum tunc est sensus diuisus et falsus. quia valet istam. posui te seruū existentez liberum

Arguitur primo ¶ In ista fallacia causa apparētie sumit ex oratione composita vera: ꝛ non ex oratione diuisa falsa. ergo ista fallacia debet nominari fallacia compositionis ꝛ non diuisionis. ꝓnia probatur quia ꝓbabilitas ꝓuenit ex oratione composita vera ¶ Dico licet ex parte orationis compositе vere sumatur apparentia ꝓbabilitatis premissaꝫ tamen ex parte orationis diuise false sumitur apparentia probabilitatis ꝓnie/ que principalioꝛ est in palogismo Hoc sic declaratur. Nam cum arguitur sic. Ome animal est sanū vel egrū. non omne animal est sanū. ergo oē animal est egrum. illa ꝓnia tenet quia ibi arguitur a maioꝛi disiūctiua cum destructione vnius partis ad alteram Et illa maioꝛ si sit disiūctiua tunc est diuisa falsa. ergo ex pteꝛozōnis diuise false sumitur ibi ꝓbabilitas ꝓnie

¶ Replicatur falsum non potest ꝓbare falsum: sed in p̄dicto palogismo oratio diuisa est falsa. ergo ipsa non potest ꝓbare cōclusionem falsam esse veram ¶ Dico licet falsum non ꝓbet vere aliquam cōclusionem falsam esse veraz: tamen bene apparenter ꝛ hoc sufficit

Arguitur secūdo Fallacia diuisionis non distinguitur a fallacia compositionis. ꝯ male de ipsa fit mentio specialis Anīs ꝓbatur quia fallacie distinguūtur penes causam apparentie. sz iste due habēt eandem cām apparētie. ergo non distinguūr. Minoꝛ ꝓbatur quia materialis vnitas orationis compositе ꝛ diuise est causa apparētie in vtraq;: ꝛ diuersitas ꝑcatoꝛ est causa defectꝰ ¶ Dico licet habeant eandem causam apparentie scōmunē: tamen habent diuersas causas apparentie speciales. quia causa apparentie specialis in compositione. est materialis vnitas diuise vere cum composita falsa Et causa apparentie spālis in diuisione/ est materialis vnitas compositе vere cum diuisa falsa: ꝛ ita differūt penes verū ꝛ falsum.

¶ Replicuꝫ ipsius materie est ꝓuenire/ ꝛ ipsiꝰ forme est separe ꝛ distinguere: sed matrrialis vnitas vtriuslibet se habet in ratione materie/ ꝛ modꝰ ꝓferendi se habet in ratione forme. ergo per materialem vnitatem etiam specialem non differunt iste fallacie ¶ Dico licet ipsius materie in generali ꝛ scōm se non informate: fit ꝓuenire ꝛ non distinguere. tamen ipsiꝰ materie in speciali iam per formam informate bene est distinguere ꝛ separare. jam materialis vnitas orationis in vna in se habet veritatem. ꝛ materialis vnitas in alia in se habet falsitatem: nō tamen dico sBiectiue: sz significatiue.

Arguitur tercio Contra ꝓmū modum sic/ huiꝰ fallacie diuisionis ꝓmus modꝰ non distinguit a primo modo fallacie amphibologie. ergo iste primꝰ modꝰ male ponitur Anīs ꝓbatur de isto para/

logismo Quemcūq; contingit dicere contingit loqui. sed tcentem contingit dicere ergo tacentem contingit loqui. Ibi est primus modus fallacie amphibologie vt supra patuit Et etiam est prim⁹ mod⁹ diuisionis: qz vna determinatio scz contingit. pt diuersimode determinare idem determinabile scz tacentē. Dico q licet vna determiātio determinat diuersimode idem determinabile/tñ hoc non fit cum variatione ptium scōm situm magis vel min⁹ debituz quia siue ille accūs tacentem precōstruatur siue post/situs est eque debitus. et ita non est ibi variatio sensus ꝓpositi z diuisi

Replicatur ibi est variatio sensus compositi vel diuisi etiam scōm situm magis vel min⁹ debitum. ergo ibi est fallacia compositionis vel diuisionis. nā dictum scz tacentem loqui potest ibi supponere pro se toto vel pro parte sua. Et ille mod⁹ contingit potest determinare sbiectum dicti ꝓ materiali z formali simul tunc est fit⁹ magis debitus z sensus compositꝰ falsus Vel potest determinare sbiectum dicti pro materiali tantum sic est situs min⁹ debitus z sensus diuisus verus.

Dico q in predicto paralogismo potest esse prim⁹ mod⁹ amphibologie. z prim⁹ mod⁹ compositionis vel diuisionis respectu diuersorum Nam per hoc q ille accusatiu⁹ tacentem potest ꝓstrui ante li dicere vel post li dicere causat² fallacia amphibolohie: Sed per hoc q ille mod⁹ contingit determinat sbiectum dicti scz tacentū captū pro se toto: hoc est pro materiali z formali simul: tūc sumitur p ipsum fallacia ꝓpositionis quia tunc est sensus falsus z compositꝰ. Et qñ determinat li tacentem ꝓ pte sua hoc est pro materiali tantum. tunc est sensus diuisus verus: z tunc ex illo sensu vero non sumitur fallacia diuisionis. sed compositionis: quia ex apparenti ydemptitate orationis diuise vere cuz composita falsa sumitur fallacia compositionis Et dicit ockam ꝙ tales magis sūt distinguēde penes fallaciam amphibologie vt patet in 3ª regula questionis se cūde fallacie āphibologye

Arguitur quarto Contra secūdū modum huiꝰ fallacie sic Iste secūdus mod⁹ omīno coincidit cū secūdo modo fallacie ꝓpositionis: ꝫ in tex ta male ponit iste mod⁹ ab illo distinct⁹ Antis ꝓbatur qu a secūd⁹ mod⁹ in vtraq; fallacia ꝓuenit ex eo q aliqua determinaō pt referri ad diuersa determiābilia. Dico q hoc fit diuersimode ibi z hic Nam secūd⁹ mod⁹ in fallacia compositionis sumitur per hoc q determinatio determinans determinabile quod est magis: nata determinare/reddit orationem compositam falsam. z determinans determinabile quod est minus: nata determinare: reddit orationem diuisam veram.

Sed secund⁹ mod⁹ in ista fallacia diuisionis sumitur econtra. qñ determinatio determinans determinabile quod min⁹: apta nata ē determinare reddit orationem diuisam falsam: z si determinat determiābile quod magis. nata est determinare reddit orōem compositam veram

Replicatur vna z eadem determinatio nō pt referri ad diuersa determinabilia: ergo ista distinctio non valet: et per cōsequens secundus modus In vtraq; fallacia male ponitur. Antecedens probatur. quia intellectus nost⁹ non potest vnam determinationem ferre ad diuersa vel pl'a determinabi⁹

qz intellect⁹ nō ꝑt plura intelligere vtz 2° thopicoꝝ ¶ Dicolicz intellect⁹ vnius hōis nō ꝑt simul vnam determinatiōz ferre ad diuersa: tū bene successiue Vel dic qz vna detiātio pōt simul a plurib⁹ referri ad diuersa. z hoc sufficit

Sequitur fallacia accentus Accentus est certa lex z regula ad eleuandum vel deprimendū sillabam vniuscuiusqz dictionis Et diuiditur in accentū grauem acutū z circūflexū Grauis accentus est qui deprimitur in fine Acutus est qui in fine eleuatur vel acuitur Circūflexus ē qui acuitur z deprimitur simul Vel sic. Est qui incipit ab ymo z procedit in altum z finaliter tendit in ymū vt iherusalem

¶ Fallacia accent⁹ est ydoneitas decipiēdi ꝓueniēs ex multiplicitate dcōnis eiusdem scōm ſbām. z diuerse scōm modū proferendi: diuersa significātis.

¶ Causa apparentie huiꝰ fallacie est vnitas dcōnis scōm materiam vel scōm ſbām solū Causa defect⁹ est diuersitas sigtoꝝ Istius fallacie duo sūt modi

Primꝰ modus ꝓuenit ex eo qꝺ aliqua dictio pōt ꝓferri diuersis accētib⁹. vt hic: omnis popul⁹ est arbor gens est popul⁹: g̃ gens est arbor: Dicēdum qꝺ maior est duplex: qz prima sillaba huiꝰ dictionis popul⁹ pōt ꝓferri longa. z sic est vera z non sequitur cōclusio. vel pōt ꝓferri breuis. z sic est falsa z sequit cōclusio

Similiter hic. omis ara est in templo: stabulū porcoꝝ est ara. g̃ stabulū porcoꝝ est in templo Soluit vt prius Similiter hic Quicqꝺ hamatur hamo capitur: mulier amatur ergo mulier hamo capitur Dicendum qꝺ maior est duplex. eo qꝺ hec dictio hamatur potest proferri cum aspiratione vel sine aspiratione. Si primo tunc est vera. z nō sequit cōclusio Si scōo tūc

est falsa ꝫ sequitur conclusio. Vel sic quoscūq; viros iustū ē pendere. iustū ē penā pati: ꝫ iustos viros iustuꝫ est pendere: ergo iustos viros iustū ē penam pati Otra q; premissa ꝫ est duplex: eo q; hec dictio pendere p̄t p̄ferri media longa vel media breui Si primo sic maior est vera ꝫ minor falsa. Si scōo tūc ecōtra maior ē falsa ꝫ minor vera. ꝫ sicut conclusio est falsa ita aliqua p̄missarum Secundꝰ modꝰ ꝓuenit ex eo q; aliqua vox potest esse dictio vel oratio vt hic Tu es qui es: ꝫ qui es est requies. ergo tu es requies Dicendum q; maior est duplex. eo q; quies potest esse dictio vel oratio. Si sit dictio tūc est falsa ꝫ sequitur cōclusio. si sit oratio tūc est vera ꝫ non sequitur cōclusio: Similiter hic quicquid fecit deus inuite. fecit deus coacte. sed deus fecit vinū inuite: ergo fecit vinū coacte Solutio maior ē duplex. eo q; inuite potest esse dictio vel oratio: si primum sic est vera: ꝫ non sequitur cōclusio quia minor est falsa Si sit oratio tūc est falsa ꝫ sequitur conclusio.

Similiter hic. quicquid habz dilectionē supernā habet dilectiōz dei. sed vsurari? hz dilectionē sup̄nam. ergo vsurari? habet dilectionē dei Dicēdū q; hec dictio sup̄nam vno mō potest esse vt est dictio. ꝫ sic minor est falsa ꝫ sequitur conclusio Alio modo pōt esse oratio ꝫ sic est vera ꝫ non sequitur conclusio Similiter hic Metuo longas pereunte noctes lidia dormis. Vñ ly metuo potest esse dictio vel oratio:

Primū p̄ctum huiꝰ lectionis est q; in hoc tertu fiūt quatuor p̄ ordinem Primo diffiuntur q̄d sit accentꝰ Scōo diuidit accentꝰ: ꝫ poꝛ diffinitio fallatic accentꝰ cū cā appntie ꝫ defectꝰ Quarto ponūtur eiꝰ duo modi De p̄mo mō dātur q̄tuor palogissimi De scōo etiā ponūt q̄tuor exempla Et p̄cedūt fallacie ꝓpōnis ꝫ diuisiōis licz fiant in oꝛōe. q; in eis est maior cā apparentie ad decipiendū eo q; in ipsis dcōnes manent eedem lz oꝛō,

nes varieutur Sed in fallacia accent⁹ variant dcones scom diuersum accetum z ideo ibi nō ē tota causa apptic ¶ Item ista fallacia pcedit fallaciam figure dcōnis quia multiplex potentiale pcedit multiplex fatasticum .ſz falacia accent⁹ peccat penes multiplex potentiale: z fallacia figure dcois penes fantasticum jgit patet ozdo

Secūdum pūctū. Accent⁹ sic diffinit est certa lex vel regula ad deph̄ dum vel eleuādū quamlibz sillabam alic⁹ dcōnis ¶ Cū dicit certa regula tangit cā formal e⁹ / Cū dr ad eleuādū zc. tangit causa finalis ¶ Cū dr quamlibz sillām. tangit cā material' siue materia in qua ē accent⁹. dā primo pueuit sillabis: z p sillabas puenit dcōnib⁹ z p dcones ozonib⁹ ¶ Et diuiditur in tres spes quax sufficientia sic sumit ¶ Omis accent⁹ aut est simplex aut est mixt⁹ ¶ Si simplex hoc est dupl'r vel ē cū depssione vocis sic est gravis. ¶ Vel cum eleuatione vocis sic est acut⁹ ¶ Si sit mixt⁹ sic ē circūflex⁹: qui miscet ex eleuatione z depssione ¶ Item accent⁹ ꝑm ꝑstianū ē vocis modulatio ꝑm eleuationem z depssionem Et ideo dicit scūs thomas in suis fallacijs. Accent⁹ vt hic sumit ē mod⁹ ꝓnūciandi aliquā dcōnem Quid autem sit fallacia accent⁹ clare patet in textu

Queritur primo Quis ē ꝑm⁹ mod⁹ falle accēt⁹ ¶ Dico ꝑm⁹ ē qñ dictio pōnl'r vna pt regi diuersis accētib⁹ ꝑm quē sic pologisat Quicūq vult pēdere vult suspendi / ſz tot⁹ pendēs hoiēm vult pendere / g̃ tot⁹ pēdēs hoiēm vult suspēdi ¶ Solu° Ambe pmisse sunt duplices qz pēdere vno° neutral'r: z sic ē secūde ꝓiugationis media longa Allio° ca² actiue z sic ē tercie ꝓiugatiōis media breuis Si iam in vtraq ꝑmissax capiat neutral'r vt sit me^a lōga: tūc maior ē vera z minor falsa Si in vtraq sumat actiē. vt ē media breuis est cō Et istis duob⁹ modis bñ sequit 2° ſz in maiori sumat neutral'r z in minori actiue tūc est ista fallacia accent⁹ ¶ Similiter dicet de ista. omis popul⁹ ē arbor: gens ē popul⁹ g° gens ē arbor Vtraq ꝑmissax ē duplex. Aut em popul⁹ ē ꝑma lōga tūc maior ē vera z minor falsa Si ꝑma brevis tūc ē cō. vtz p hūc vsum Popul⁹ ē arbor popul⁹ collectio gentis.

¶ Sil'r ē de ista. ois ara ē in tēplo zc vtz in textu. qz si ara capiat p^a lōga. maior ē vera vtz in hoc vsu Est ara' porcox diuox dicim⁹ aras.

Queritur secūdo quis ē secūd⁹ mod⁹ h⁹ fallacie ¶ Dico secūd⁹ mod⁹ ē qñ aliqua vox pt esse dictio vel ozō vt hic. Quicūq pstat dat alteri: lapis pstat ergo lapis dat alteri Vtraq ꝑmissa ē duplex. quia pstat pt esse dcio vel ozō Si sumat in vtraq vt dictio sic maior ē vera et minor falsa Si in vtraq capiat vt ozō tūc maior ē falsa z minor vera: z isti duob⁹ modis bñ sequit 2°. Sed si in maiori capiat vt vna dcio: z in minori vt vna ozō e sic pstare ē anstare / tunc vtraq ꝑmissa ē vera: ſz ē fallacia accēt⁹ ¶ Similit de ista ozōe supta ex oba xxvij. libri ꝑmi oracij ¶ Metuo lōgas peūte noctes lidia dormis Nam metuo pt esse vna dictio tm tūc idē ē qđ timeo. Secō pñt cē duo ꝓnōia scz me tuo Tercio pt esse vnū vbū cū aduerbio vel interiectione o. vt metu z o. Quarto pñt esse tres dcones scz duo ꝓnōia cū vna interiectione scz me. tu. o. Et ꝑm'hoc palogisatur sic. Quicūq dicit / metuo lōgas pereūte noctes zc dicit se timere: sed dicens / metuo lōgas peūte noctes zc: nō dicit se timere / g̃ dicens se timere non dicit se timere / vtraq distinguit. Si metuo in vtraq teneatur vt vna dictio sic maior est vera z minor falsa Si capia

tutlin vtraq; vt sint dne vel tres dcōnes tūc maior ē falsa ⁊ minor vera. ⁊ bene sequit̄ 2°. sed si in maiori capiat̄ vt vna dcio/⁊ in minori vt dne vel tres dictiones tunc non seq̄tur p̄clusio. sed fit ista fallacia Si queras diuersos sensus huius met ri

Metuo.j.timeo.o lidia dormis lōgas noctes .j. p longas noctes/ pereunte. j. pereūte supple me

Me.tuo sensus tūc est ℞ O lidia dormis longas noctes me tuo supple amico pereūte Vel sic. ℞ O lidia dormis/me tuo amico peunte. id est ambulante longas noctes

Metu.o. sensus est. ℞ O lidia dormis peūte.j.ambulante me lōgas noctes metu.j.cū timore ⁊ payore

Me.tu.o. sensus ē ℞ O lidia tu dormis lōgas noctes peūte me

Arguitur primo Contra textum ℞ grāmaticū spectat de accentu g̃ loyc⁹ male p̄siderat de ipō ℟ Dico q̄ h⁹ fit diuersimode q; grāmatic⁹ p̄siderat de accentu vt est passio vocis significatiue in ordine ad finē suum qō ē p̄grue ⁊ apte/⁊ non barbare exp̄mere mētis p̄cepti Sz loy.⁹ p̄siderat de accentu ꝑut ab vna dcōne fm diuersum accētum hñte diuersa ꝓcata: potest sumi fallacia accentus ℟ Replicat̄ diuersi artifices habent diuersa p̄siderare. nam vt est apud pḣm. sciē secantur quemadmodum ⁊ tres de quib⁹ sunt. g̃ nō p̄sit eūdem accētum p̄siderare ℟ Dico ad aīs q̄ diuersi artifices hñt diuersa p̄siderare vel, vnū diuersi ꝓdoc: ⁊ ita ē in ꝓposito: vt dcm̄ ē in p̄cedenti solutione.

Arguitur secūdo Contra diffinitionē accēt⁹ sic: om̄is accēt⁹ ē elcuatio vel depssio alic⁹ vocis aut sillabe. g̃ accēt⁹ nō est regula ad eleuandū vel deprmēdū sillabam dictionis ℟ Dico q̄ licz accentus scōm suū materiale bñ est eleuatio vel depssio alic⁹ sillabe. tamen scōm suū formale est regula vel mensura talis depssionis ℟ Replicat̄ Eleuatio sillabe ē acuta/⁊ depssio sillabe ē grauis: sed nullum ē graue ⁊ acutum in accētib⁹. g̃ solutio nulla Dinor ꝓbatur quia om̄e graue ⁊ acutum ē corp⁹: sz nulla eleuatio vel depssio ē corp⁹: ergo nulla elcuatio est acuta: ⁊ nulla depssio grauis. ℟ Dico q̄ istud argumētum peccat penes secūdū modū fallacie equiuocationis. nā acutum ⁊ graue licz ꝓprie capta non repiantur in eleuatione ⁊ depssione: tam̄ bñ trāsumptiue capta: nam sicut corp⁹ graue mo² deorsum. ita grauis accēt⁹ ⁊ depssio sillabe tendit deorsum g̃ sicut corp⁹ dicit̄ acutum quod facil̄r penetrat sursum: ita eleuatio sillabe acuta penetrat acrem sursum

Arguitur tercio In paralogismis primi modi ibi est fallacia equiuocationis. Nam populus prima longa et prima breuis equiuoce significat arborem ⁊ gentem. ita de ara prima longa ⁊ prima breui. ita de pendere media longa ⁊ media breui equiuoce significant diuersa ergo ibi non est fallacia accentus ℟ Dico negando p̄nām quia ad fallaciam equinocationis requiritur q̄ dictio actualiter vna scōm eūdem accentum plura significet jam in primo modo huius fallacie dictio est vna potētial̄r ⁊ scōm diuersum accentum plura ꝓcat ℟ Replicat̄ scōm diuersum accentus non decipimur. ergo nulla est fallacia accentus. ⁊ per consequens solutio falsa Antecedens probatur quia scōm diuersum accentum statim cognoscimus

diuersa ꝑcata alicꝰ dcōnis. g̃ ꝑm diuersum accentum non sumit aliqua fallacia. quia ꝓdit scipām ¶ Dico ad ꝓbationē añtis liz ꝓgnoscentes diuersa ꝑta ex diuersitate accēt⁹ nō decipiāt. tamē ignorātes diuersa ꝑta ex diuersitate accentus bene decipiūt ioco dictū est sup̄ q ignorantes vtutes vocabuloꝝ de facili paralogisantur.

Arguitur quarto Plures sunt modi seu spēs q̄ tres g̃ textꝰ ē insufficiens Dñs ꝓbatur q tres sunt species accētus vt pz in textu sed q̃libet spēs facit fallaciam accētus. g̃ ad minꝰ erūt tres spēs seu modi hꝰ fallacie illis cōrndentes ¶ Dico q ille tres spēs faciūt vnam t ꝓzchē dūtur ſ̄b ꝑmo mō Nam ꝑmꝰ modꝰ ē qñ aliqua dcio ꝑt ꝓferri diuersis accētibꝰ siue hoc sit q acceutum grauē: acutū vel circūflexū. ¶ Replicat due vel tres spēs formaliter distincte non ꝑnt facere vnam spēm vt homo leo asinꝰ nō faciūt vnam spēm i gitt solutio mala ¶ Dico licet due vel plures spēs nō ꝑnt facere vnam spēm spāliſſimā: tñ bene faciūt vnā ſ̄balterne q̄ est gꝰ illaꝝ spēꝝ ſ̄b quo ꝓtinent iam primꝰ modꝰ se habet vt genꝰ ad spēs accentꝰ ¶ Si arē aliqs paralogismꝰ isti⁹ fallacie: t tñ non viſ̄b quo mō ꝓtingatur i gitt sunt insufficienter tradiți ¶ Discedens ꝓbat dc isto Quicūq; scit q̄nā tanti nymbi tinxerūt ethera scit ꝓpter quid tāti nymbi tinxerunt ethera. sed rusticus scit quianam ter q̄o tanti nymbi tinxerūt ethera/g̃ rusticꝰ scit ꝓpter quid tanti nymbi tinxerūt ethera ¶ Dico q ꝓtinet ſ̄b secūdo mō eo q li q̄nā ꝑt esse vna dictio vel due dcōnes vel etiam ꝑt ꝓferri acuto accentu vel graui Et soluit sic. Si li q̄nam capiatur in vtraq; ꝑmissaꝝ vt sint due dcōnes t ꝓferatur accentu acuto. tunc idem est q̄o/ꝓpter quid/sic maior est vera t minor falsa Nam rusticꝰ nō scit ꝓpter quid tanti nymbi. j. tante nubes tinxerūt. j. obnubulauerūt ethera ¶ Si aūt quianā capiat vt ē vna dcio t ꝓferat accentu graui. tūc idē ē q̄o. q: sic maior ē falsa t minor vera Nam rusticꝰ bene scit q ita ē q tanti nymbi obnubilant ethera Et istis duobꝰ modis sequitur conclu°. Hz in maiori sumitur ꝑ ꝓpter quid: t in minori ꝑ quia tūc fit ista fallacia Et sumit exēm ex vḡilio. dicente in eneyde libro quinto Heu quia nā tanti tinxerūt ethera nymbi

Sequitur de fallacijs figure dictiōis Figura est que termino vel terminis claudit. termino vt circulus. terminis vt triangulus quadrāgulꝰ: z similitudinarie hic accipit: Fallacia figure dcōnis est similitudo dcionis cū dictione penes finalem terminationem in ꝑte: non idem ꝓcante. z facit multiplex fantasticum Est aūt multiplex fantasticum. qñ aliqua dictio ſ̄t vnū. z videtur ꝓcare aliud propter similitudinem quaz habet in parte cum alia dcione. vt videre significat passionē. z videtur ꝓcare actionem ꝓpter hoc q est simile huicverbo agere. Causa apparentie huiꝰ fallacie

est similitudo dcionis in parte cum alia dictione nō idē
Cante Causa defectus est diuersitas eor̄ que vidētur
esse similia Ista aūt similitudo fit trib⁹ modis scz voce
figūione z suppōne. Et scōm hoc sunt tres mōdi hui⁹
fallacie Primus mod⁹ puenit ex simili terminati
one dictionis cū alia dcione Exemplum vt. qualiscūq
est musa: talis est poeta: sed musa est femini generis
ergo poeta est femininī gener̄ Dicendū negando cō-
cequētiam: q̄ non sequit: cp si aliqua sint eiusdez termi
nationis cp sint ꝓpterea eiusdem generis

Similiter hic. Omis aqua est humida. fluui⁹ ē aq̄
ergo fluui⁹ est humida Dicendū cp nō sequit nec opor
ter: si omis fluui⁹ sit aqua. cp ergo quicquid dicat de a-
qua: cp h̄ etiam dicat de fluuio sub eadē terminatiōe
Vel sic Omnis homo est alb⁹. mulier ē homo: ergo mu
lier est alb⁹ Dñ in omnib⁹ p̄dictis palogismis masculi
nū interpretatur femininū Si vero sic formet palo
gism⁹ Musa z poeta similiter tiāt: sed musa est femi
generis: g̃ z poeta. tunc ibi non est fallacia figure dic
tionis. sed fallacia cōsequētis ād a cōit accidētib⁹ vt pa
tebit Secund⁹ mod⁹ puenit ex mutatione vni⁹ p̄
dicamēti in aliud. vel q̄n vna spēs vni⁹ p̄nti mutatur
in aliam spēm vt hic Quicquid heri emisti. hodie come
disti. z carnes crudas heri emisti: ergo carnes crudas
hodie comedisti Dicendū cp non sequitur. nam quicquid
dicit rem de p̄nto ꝯñie: z crudum dicit rem de p̄nto q̄
litatis. z sic ꝓceditur de vno p̄nto in aliud

Similiter hic. quicquid heri vidisti hodie vides sz
album heri vidisti. ergo albū hodie vides Dicenduz cp
non sequitur q̄ albū ꝑcat p modum qualitatis. quicq̄d

vero dicit rem de ꝑnto ſubſtātie

Similiter hic. do tibi ſolum denarium: ſed ſoluz denarium nō habeo. ergo do tibi quod non habeo Dicendū ꝙ hec dictio ſolum dicit relationē. quia vt habetur ſcdo elenchoꝝ. ſolum dicitur quaſi non cū alio. Et hec dictio quod dicit ſubſtātiam. ⁊ ſic proceditur a relatione ad ſubſtātiam

Similiter hic Aliquis dat cito equū ſz nō habet cito equū. ergo aliquis dat cito quod non habet Dicendum ꝙ non ſequitur quia cito dicit modū actus ſiue qualitatem. ⁊ quod dicit ſubſtātiau. ⁊ ſic proceditur a qualitate ad ſubſtantiam Similiter quando proceditur ab vna ſpecie vnius predicamēti ad aliam. vt ꝙ toſcū ꝙ digitos heri habuiſti hodie habes: ſed decez digitos heri habuiſti: ergo decem digitos hodie habes. poſito ꝙ vnū amiſeris Dicendū ꝙ non ſequitur. quia hec dictio quantoſcū ꝙ dicit quātitatem continuam. et hec dictio decem dicit quantiatem diſcretam.

Tercio modo pucnit ex diuerſa ſuppoſitione termini: vt homo eſt ſpecies: ergo aliquis homo eſt ſpēs. Et hic homo ē digniſſima creaturaꝝ. ergo aliquis homo eſt digniſſima creaturaꝝ. Hic ē ꝓceſſus a ſimplici ſuppoſitione ad ꝑſonalem Similiter hic: oīs hō ē animal: ergo oīs homo eſt hoc animal Similiter hic animal eſt ſortes. animal eſt plato: ⁊ ſic de alijs. ergo animal eſt omnis homo. Hic fit proceſſus a pluribꝰ determinatis ad vnam determinatam Et iſte modꝰ ſolz appellari vniuocꝰ. quia iſte terminus vninoce ⁊ equaliter ſic ſe habet ad oīa ſuppoſita Unde in qualibz ꝑ miſſarum ſupponit pro vno: In concluſione vero pro pluribus. ⁊ ſic variatur eius ſuppoſitio.

Et sciendum est q̄ in predictis quale quid interpretatur hoc aliquid: id est commune vel vniuersale interpretatur singulare Si enī animal est hoc aliquid Et sic arguatur sic: animal est sortes: animal ē plato. ꝫ sic de aliis. ergo animal est oīs homo. est bonū argumētū sicut hic: sortes currit plato currit: ꝫ sic de alīs. ergo omnis homo currit Similiter hic non seq̄tur quādo fit processus ab immobili suppōne ad mobilem. vt omnis homo est animal. ergo oīs hō est ḣ aiāl ꝫ hoc animal ꝫ sic de alīs. Hos tres modos ponit aristoteles dicens. q̄ figura dictionis fit. quando interpretatur non idem vel diuersum. vt masculinū femininū vel neutrū vel ecōuerso Et rursus quid interpretatur quale vel q̄ntum Iterum quando cōmune interpretatur singulare vel hoc aliquid

Primū pūctum est q̄ A determiāt de fallaª figure dcōnis q̄ peccat penes multiplex fātasticū Et pmo diffinit figuram Scdo diffinit fallaciā figure dcōnis: 3° describit multiplex fātasticū sbōes cām apptie ⁊ cām defcūs 4° ponit tres mōs hꝰ fallacie. de pᵒᵒ ponit tres palogismos. de 2° ponit quinq̄. de 3ᵒᵒ etiam ponit quinq̄ Dicit g̃ q̄ figura ē q̄ tiō vt fijs claudit/ di² tiō ꝓpter figuram circulārē. d² fijs ꝓpter figuras multiāgulares scz triāgulum pētāgulū Et p fil'itudinē ad tl'em figurā. dz figura dcōis siue illa tiātio sit ex pte vocis vel dcati vel modi ſndi. Ex quo paz q̄ fallaª figure dcōnis q̄ ē ydoneitas decipiēdi. nō est aliud nisi fil'is terminatio dcōnū adinuicem ꝓpter quā credimꝰ. q̄ vna dcio idem ꝑdicat cum alia dcōne.

Secūdū pūctum est: q̄ primꝰ modꝰ hꝰ fallacie ē qñ ꝓpter sil'em tiātōz dcōnū mt sc/ credit ꝓuenīeª cauꝫ in ꝑdicato. vel in mō ſndi Exm vbi viª ꝓuenīeª in ſto ꝓpter sil'em tiātōz. vt calefaccre ē agere. gº videre ē agere: calefieri ē pati: g̃ videri ē pati. ibi ꝓpter fil'itudiēm tiātōis credimꝰ illas dcōes hr̄e fil'itudinē in ꝑdicato scz q̄ pª duo ꝑdicat actionē q̄alia duo passionē: qđ tñ nō ē ita Exm scđi vbi viª ꝓuenīeª in mō ſndi ꝓpt sil'em tiātiōz. vt q̄l'ē musa tal'ē poeta/ sz musa ē gñis fēmi. g̃ poeta ē gñis femi. ibi ꝓpter sil'em tiatiōz in a: credit fil'itudo in mō ſndi. s. in gñe jō dicit aristo. q̄ primꝰ modꝰ ē qñ masculinū interptat fcīm vel neutꝝ vel agere pati Et dēnt oēs isti palogismi solui nō p distinctionē sicut palogismi q̄nq̄ pdcāꝝ fallaciaꝝ. sz dēnt solui p negationē ꝓñie: addēdo rōz. scz q̄ ñ oꝑtet ꝓpter ꝓuenīetiā dcōnū in tiātōe vocis seq̄ ꝓuenīeª in bº vel mō ſndi. sic hic. oē aiāl ē coloratū. ois hō ē aiāl g̃ oīs hō ē coloratꝰ Volunt negādo ꝓnām. q̄ nō oz q̄ licz oīs hō sit animal

non tamē oportz q' quicquid sit cōe vni. q hoc sit cōe alteri. Et ita nō oz hic q quicquid dicat de aliq: q hoc idem dicat de homine sb filr terminat ōe: Et talis mod⁹ arguendi ducit semp aut frequēter ad metham soleocismi vtz pcticati

Queritur primo quis est secūd⁹ mod⁹ fallacie figure dictionis ¶ Dico q ē qñ vnū pntum mutat in aliud vel qñ spes vnius pnti mutat in aliam. Dñ qñ qs videt cū arguit ex terminis ei⁹dē pnti fit bonū argumtum: z ppter hoc credat filr q ex terminis diuersor pntor sit qcnies argumtum ppter filitudinem dcōnū z tamē nō ē: accidit fallacia figure dcionis. Dñ omnes sipalogismi reducūt ad istū secūd⁹ modū. In quib⁹ vnū pntum sbsumit sb alio. vel spes vni⁹ pnti sb alia spē eiusdem Et vlter secūd⁹ mod⁹ fit qñ medīū nō distribuit p minori sbsumpto. sz male sbsumit in prima figura. z in alijs figuris illa que in reductione ad p̄mam figurā fit minor ¶ Hui⁹ modi secūdi auctor ponit quinq palogismos in textu. quor p̄m⁹ ē. Quicqd heri emisti hodie comedisti: sed carnes crudas heri emisti/ g carnes crudas hodie cōedisti Ecce ibi quō medīū sbintellcm in quicquid non distribuit p minori sumpto: qz quicquid distributm est sbnie: z sbsumit crudū qđ est de pnto qlitatis ¶ Ito intellcū isti⁹modi notandū ē q ficut diuersis pntis qcniūt diuersa interrogatiua: vt quid ē interrogatm sbnie/ tum ttiatis. quale ipsi⁹ qlitatis cē Ita diuersis pntis cozrñdēt diuersa distributiua: vt pnto sbnie cozrñdēt ista quicqd qlibz z hmoi Sz aduerte q talia distributiua qcniūt omib⁹ nōib⁹ mere absolutis siue illa nomia p̄cent sbnias siue quantitates siue alias res quascūq ¶ Predicamento quantitatis cozrñdent ista distributiua quātūcūq quoti entcūq quotcūq. loco quor qñq ponit tum quociens quot Predicamēto qualitatis cozrñdet hoc signū qualecūq quōcūq Et pnto vbi. hoc signū vbicūq pnto qñ. hoc sig^m qñcūq ¶ Secūdum distributinū sbie sumit iste palogisin⁹: qcqd heri emisti hodie comedisti cē. vt paz in p̄mo exemplo text⁹ Et in secūdo quicquid heri vidisti hodie vides. sed albū heri vidisti g albū hodie vides jbi sb distributiuo sbnie sbsumit termin⁹ de pnto qualitatis: p quo tam non fiebat distributio jtem do tibi solum denariū: sz solū denariū non habeo. g do tibi qđ non habeo Jbi est p̄cessus a termino respectiuo seu relatiuo ad terminū sbie absolutum Nam solū ē respectm. qz solum idem est qđ non cum alio/ z in cclusione hec dictio quod dicit sbām Et in sequenti ex⁰ text⁹ ē. p̄cessus a qualitate ad sbniam Filr quocūq oculo vides illum habes. sed vnico oculo vides g vnicū oculum habes ¶ Secūdū distributm quātitatis sumit iste palogisin⁹/ quātuscūq ē plato tant⁹ē soztes. sed plato ē summ⁹ phs g soztes ē summ⁹ phs jbi ē fallacia figure dictionis qz sb distributiuo qtitatis sumit termin⁹ de pnto qlitatis ¶ Item vbi spes vni⁹ pnti mutatur in aliam eiusdē pnti Ex emplū text⁹ Quātoscūq digitos heri habuisti g decem hodie habes: p° est falsa in casu possibili z pmisse vere. sz est fallacia figure dcōnis. quia sb distributiuo quātitatis ptinue sumit quantitas discreta ¶ Tenes distributiuū qualitatis tal' sumit palogism⁹ Qualiscūq soztes fuit heri tal' ē hodie: sed heri fuit domin⁹ ciuitatis bene vestit⁹ z ambulans: g z hodie. p̄ña nō valz. quia hic sub distributiuo qualitatis sumit Phs vestitus z ambulās que non sunt de eodem pnto Item non seqr. qualecūq currit disputat/ soztes currit g soztes disputat. Sed bene sequitur. qualecūq currit: disputat. albū currit g albū disputat ¶ Tenes distributm pnti qñ sic ar² qñcūq fuisti pisi⁹ fuisti homo/ sed bis fuisti pisi⁹ g bis fuisti homo: ibi est fallacia figure dictionis p secūdum modū. qz bis non ē de predicamēto quando/ ideo nō

dēt subsumi sub qñcūqz ¶ Sed si arguaꝝ sic Quotienscūqz fuisti pisi⁹ fuisti hō sed bis fuisti p⁹si⁹/g bis fuisti homo Quid ad hoc: Dico q si maior fit pfecta ꝑm intellectū supplentis correlatiū ad quotiens: qđ est tociens/tūc sylló ē bon⁹/sed maior est falsa Si aūt intellect⁹ non suppleat li tociens/tūc ozō ē im pfecta: ꝛ ꝓpter impfectionē ozō nec est vera nec falsa qz non est ꝓpō De isto videatur in fine tractat⁹ duodecimi vbi ponitur ꝑ sophisimate ¶ Ltē nō seq̄ tur qñcūqz est accns tūc ē suū sbtum: fz accns est inherens g̃ sbtum est inherēs Sed bñ seq̄t qñcūqz est accns tūc est suū sbtum: sed accns est in hoc tempe/g⁹ suū sbtum ē in hoc tpe ¶ Similiter hic nō est fallacia figure dcōnis Dicūqz est sbnia ibi est quantitas/fz sbnia est in hoc loco g̃ quātitas ē in hoc loco. Sz hic esset fallacia vbicūqz est sbia ibi est quātitas. sed sbnia ē ens ꝑ se. g̃ quanti tas est ens per se

Arguitur primo Contra ꝑmū modū hui⁹ secūdi modi qui ē de distri butiuis sbnie: bene sequitur quicqđ currit mouet² album currit g̃ album mouet. ꝓnia est in darij/ꝛ ꝑmisse sunt vere: ꝛ tamē ibi sb distributiuo sbnie/sbsumit termin⁹ de ꝑnto qualitatis. g̃ secūd⁹ mod⁹ hui⁹ fallacie non est ver⁹ q̃ dicit/ꝑ qñ fit mutatio vni⁹ ꝑnti in aliud est fallacia figure dcōnis Et possz ita sbsumi de alijs ꝑntis quicquid currit mouet. tricubicū currit/vel vestitum currit: duplum vel sedens currit g̃ ꝛc: ꝛ semp valz ꝓnia qz non ꝑt dari instātia similiter arguendo ¶ Dico q nō ē sile in dcis palogismis cum palogismis text⁹/qz hic ar² ꝑ ꝓpōes de ꝑnti, illic āt ꝑ ꝓpōnes de ꝑterito.

¶ Replicaꝝ hic arguit ꝑ ꝓpōes de ꝑnti Quicqđ pōt de⁹ facere mediāte cā se cūda/ptꝫ facere se solo: sed pt facere actum meritoziū mediāte cā secūda. g̃ se solo ꝑt facere actū meritoziū ¶ Dico q hic est fallacia figure dcōnis ꝛ arguitur per modales ꝛ non per puras de inesse. Si autem sbsumeretur nomen mere absolutum essz bonū argumētū vt hic Quicquid potest de⁹ facere mediante causa secūda: potest facere se solo. sed de⁹ pōt facere ignem mediāte causa secūda. g̃ potest facere ignem se solo ¶ Sed tamen aduertēdum q si actum meritoziū poneret a parte sbiecti non esset fallacia figure dcōnis vt sic. Quicquid potest de⁹ facere ꝛc. sed oēm actū meritoziū potest de⁹ facere mediante causa secūda. jgitur. ¶ Sequitur ergo q si termini cōnotatim ponātur ante vbum in subsumptione q bene valet argumētum: ꝛ hoc ideo. qz tunc non appellant suam formā Et ideo bene sequit. quicquid heri emisti hodie cōedisti. sed crudū heri emisti. g̃ crudum hodie comedisti: ꝓclusio est vera sicut premisse. Si vero ponatur crudū post vbū a pte ꝑdicati: est fallacia/quia licet tunc crudū bñ sub sumatur ratione illi⁹ ꝑ quo supponit: non tamen ratione appellati

¶ Unde diligenter aduertēdū est q distributiñ sbstantie multū differt ab alis distributiuis qz vt dicūt ockā ꝛ buridan⁹ Qñ distributiñ sbnie cozrns nōib⁹ mere absolutis: siue illa sint de genere sbie siue alioꝝ ꝑntoꝝ: po² in ꝓpōne mere de ꝑnti/ꝛ mere de inesse, nō refert quodcūqz accipe sb in minori Ita tñ q in minori caueātur tria Primo q nō accipiaꝝ aliq̄ determinatio que nō sit in maiori Secdo q̄ nō ꝓmutetur vn⁹ numer⁹ ad alium numerū Tercio q nō fiat appellatio forme. ¶ Dicitur ibi mere de ꝑnti: Ideo non sequitur fili⁹ dei non fuit homo ab eterno: fili⁹ dei fuit homo ex tempore. ergo filius dei fuit aliq̄ ex tempore qđ non fuit ab eterno Alia exēpla patent in textu ꝛ extra textum multa Dicitur mere de inesse. quia non sequitur iste potest nūc eē alb⁹. iste nūc non est alb⁹: ergo iste potest nūc esse aliquid quod nūc non est Aliud exemplū

patet supza ¶ Dicit q̄ non accipiat determinatio in minori ꝛc̄ Unde queda sunt determinationes affirmatiue quedam includūt negationem ideo nō sequit Quicquid currit est corp⁹/homo currit velociter.g̃ hō velociter est corpus Item non sequit⁹. Tu non habes denariū cū tristicia.tu das denariū cum tristicia:g̃ das qđ non habes Similiter hic Tu das denariū vnū solū:ꝛ nō habes denariū vnū solū/ergo das qđ non habes Si loco illoꝝ terminorum ponerē tur termini mere absoluti/non esset fallacia:vt hic.tu das librū:ꝛ non habes librum g̃ das quod non habes.Et hic tu das bouem albū/ꝛ nō habes bouē album:g̃ das qđ non habes:bene valet argumētum

